[illegible] N[illegible]

factus fuerit homo· et cum multiplicata fuerit

[glo]ria domus eius· Quoniam cum interierit non sumet omnia

descendet cum eo gloria eius· Quia anima eius in [vita]

ipsius benedicetur· confitebitur tibi cum benefeceris [ei]·

Introibit usque in progenies patrum suorum· usque in eternum non [vi]

debit lumen· Homo cum in honore esset non intellexit

comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est [illis]

℣ [illegible] percipite qui habitatis orbem ℣ Deus deorum [illegible]

Deus deorum dominus locutus est et vocavit terram· Ps[almus]

A solis ortu usque ad occasum· ex Syon species decoris

eius· Deus manifeste veniet· deus noster et non [silebit]·

Ignis in conspectu eius exardescet· et in circuitu eius tempes

tas valida· Advocavit celum desursum· et terram discer

nere populum suum· Congregate illi sanctos eius· qui ordinant

testamentum eius super sacrificia· Et annunciabunt celi

iusticiam eius· quoniam deus iudex est· Audi populus meus et lo

quar· israel et testificabor tibi· deus deus tuus ego sum· Non in

sacrificiis tuis arguam te· holocausta autem tua

in conspectu meo sunt semper· Non accipiam de domo [tua vitulos]

neque de gregibus tuis hyrcos· Quoniam [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0001-0

Materiæ q̄ in hoc libro continentur

1 Exemplar Illustris & politæ orationis de effigie Eqtis D Georgii
2 De gregorio papa.
3 Sinopsis Antichristi Romanj.
4 Andreæ Zalichij Spandoviensis loci communes.
5 Orationes aliquot recitatæ in Academia Witenbergēsi.
6 In Ethicā Artis quædā enarrationes
7 Certamen sagittariorum celebratum Heidelbergæ Ano 155

Sammelband Cd 268

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0002-6

4.
Da 4360

# ANDREÆ
# ZAELYCHII SPANDOVIENSIS LOCORVM COMmunium liber Primus.

HIS ADDITA EST SINGVLOrum fere Germanica per rythmos explicatio.

ANNO M. D. LX.
MENSE IANVARIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0003-1
DFG

LECTORI.

Sunt loca ſcriptorum bona plurima, ſunt quoqꝫ flores,
Dulce quibus decus, & gratia maior ineſt.
Quam reliquis, celebri quæ ſtant ſine nomine dictis,
Quippe ubi nil animus, quo recreetur, habet.
Zælychij horum aliquot iuuenilis carmine Muſa,
Ordine quo ſtarent dexteriore, dedit.
Hei mihi, quos Critici morſus, quæ fulmina Momi,
Dum ſtudet hæc luci reddere, charta feret?
Fallor, an & mæſtis ueniens repræhenſor ocellis,
Calcabit duro uile poema pede.
At ualeant rabioſa cohors, aliena peroſos
Nil moror, ingenijs luſimus iſta pijs.
Ergo, noui supereſt ut talem uatis opellam,
Lector amice, uelis conſuluiſſe boni.

BONAE INDOLIS, ET OPTIMAE SPEI PVERIS, HEINRICO STAPpenſen, & Philippo Haſen, Braunſvuigæ in caſtris Muſarum ſedulo ac fideliter militantibus, Andreas Zælychius Spandouienſis. S. P. D.

QVod Seneca in Prouerbijs Philoſophorum admonitione quaſi ſubornata ſcribit, debere homines uiaticum ſenectutis literarum eruditione parare, quo deficiente inſipientia animo, literas tanquam baculum, & baſim infirmo corpori ſupponere queant: idipſum & uobis, Chariſſimi pueri, dictum eſſe putetis uelim, qui nunc bonarum artium culturæ dediti, id potiſsimum frugis non ſolum inde ſperare, uerum etiam quotidie & copioſe uos percipere credatis, ſummam nimirum uernantis illius ætatis benedictionem, iuuenilium annorum corroborationem, uirilis ſtaturæ perfectionem, effœtæq; ſenectutis pleniſsimam in quauis ſollicitudine, cura, & anxietate conſolationē & præſens omnium morborum releuamen: Si modo eam ſtudiorum ueſtrorum methodum, qua uos hactenus informaui, ſtrennue in poſterum obſeruantes, incepti ſtadij curriculum infracta ſedulitate perfeceritis. Quo enim pacto eruditionis ſolidæ fundamenta unicuiq; ad liberalium diſciplinarum culmen, & faſtigium anhelanti iacienda ſint, iampridem (ni fallor) probe perdidiciſtis. Summa igitur ope in illam nunc quoq; curam incumbendum fuerit, quid nam proxime ſuperſtruere debeatis, ne uidelicet ædificij inconuenientis moles iactum illud fundamentum turpiter dehoneſtet. Hanc itaq; rationem



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0005-3

uobis ſequendam proponite: Qui ſunt optimi & probatiſsimi utriuſq; linguæ autores, (ſiue hi ethnici, ſiue eccleſiaſtici habeantur, parum refert) eos, ut morum uitæq; magiſtros, & ingenij attentioris acutiſsimos doctores, auida manu, uigiliq; pectore uerſate, & non ſaltem aſsidua lectione, uerum etiam imitatione frequenti familiariſsimos uobis reddite, ut quoties aliquid uel dicturi, uel literis mandaturi eritis, ipſos tamquam Delphicum oraculum, & Pythias ſortes conſulatis, conſultoſq; diligenti æmulatione referre non dubitetis, quo facto, non ſecus orationes & ſcripta ueſtra exornaueritis, quam ſi purpurei flores ſingulis uerbis, imo etiam ſingulis uerborum apicibus, miro quodam artificio, & odorifera uelut amœnitate intertexti forent. Quale autem eius rei initium ſumendum ſit, præmonitos uos ante oportuit: Non ſtatim quidem illotis manibus, (quod aiunt) ad omne genus librorum animum appellere, nec continuo quibuslibet uoluminibus ingenium tenue onerasse conducet. Quin potius imbecillitatis ratione habita, nunc ex hoc nunc illo ſcriptore locos quoſdam communes deligendos eſſe cenſeo, qui non tantum rudioribus pleniſsime ſufficiunt, ſed quoq; obtuſius parum exercitatæ indolis acumen quaſi aperire uidentur. Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, poeta inquit, ſed tamen inter adultos, & primum incipientes non leue diſcrimen eſt: Illi prudenter bona a malis, & uice uerſa praua a melioribus diſcernere poſsunt, ne quid nocentius uel legant, uel lectum in memoriæ penu reponant, hi uero propter imperitiam, blandum & læthale uenenum, præſertim ſi in prophanis codicibus uerſentur, ſimul cum ſuauiſsimis quibusq; documentis auide imbibere ſolent. Vnde etiam ſæpenumero fieri uidemus, optima ingenia iſtiuſmodi tricis

impedita, ſummo cum probro magnaq́ꝫ iactura uel de ſuo profectu, ob inconſultum nimis & perplexum iter, unde ſe non facile expedire queant, deſperare, uel, quod dolendum eſt, iubente μισολογία in totum Muſas abijcere. Sed audiamus Hugonis de hoc negocio iudicium, qui libro quinto didaſcalicon ſic loquitur: Quid eſt, quod ex tanta turba diſcentium, quorum multi & ingenio pollent, & exercitio uigent, tam pauci inueniantur, quibus ad ſcientiam peruenire contingat? Sciendum eſt, quod in quolibet negotio duo ſunt neceſsaria, opus uidelicet, & ratio operis, quæ ita ſibi annexa ſunt, ut alterum ſine altero aut inutile ſit, aut minus efficax. Veruntamen melior, ut dicitur prudentia eſt fortitudine: & apponenda aliquando, quæ uiribus mouere non poſsumus, arte leuamus. Sic nimirum eſt in omni ſtudio, qui ſine ordine & diſcretione operatur, laborat quidem, ſed non perficit, & quaſi aerem uerberans uires in uentum fundit. Aſpice duos pariter ſyluam tranſeuntes, & hunc quidem per deuia laborantem, illum uero recti itineris compendia eligentem, pari motu curſum tendunt, ſed non æque perueniunt. Quid autem ſcripturam dixerim niſi ſyluam? Cuius ſententias quaſi fructus quoſdam dulciſsimos legendo carpimus, tractando ruminamus. Qui ergo in tanta multitudine librorum, diſcendi ac legendi ordinem non cuſtodit, quaſi in denſitate ſaltus oberrans, tramitem recti itineris perdit: & ut dicitur, ſemper diſcentes, & nunquam ad frugem peruenientes. Tantum enim ualet diſcretio, ut ſine ipſa & omne ocium turpe ſit, & labor inutilis. Hactenus Hugo. Poſsem plures adducere qui idem ſentiunt, niſi ad finem properarem; placuit tantum, cum hunc libellum ueſtro ſub nomine in lucem ædere uellem, conſilij mei rationem, de hiſce ſententijs, quas ex

tempore collectas, intra trium aut quatuor hebdomadarum ſpacium (ut ipſi nouiſtis) ex proſa in ligatam orationem, non tam lectoribus, quam mihi ipſi profuturam conuerti, uobis exponere, ne exiſtimaretis, me inepto quodam mentis ductu talia in medium proferre, aut Calliphanis more iactabundum, ad oſtentationis gloriam, non proprij Martis inuentum, ſed alienæ pharetræ ſagittas extollere. Haud inficias eo, aliorum dictis me uti, compoſitionem tamen uerſuū mihi uendico: & licet animus præſagiat, nō defuturos, qui Theoninis dentibus me, meamq; Thaliam, non uero ſemper inermem, diſcerpturi ſint, propterea, quod cum moribus mei ſæculi litigem, unde & putidiuſculum me uocitabunt: tamen, ſi id, quod in primis quæſiui, aſsecutus fuero, oblatrantes illos caniculos, ſint quicunq; uelint, in proprias clades natos nihil morabor. Quæſiui autem, non pecuniam, aut munera, quemadmodum Sophocles de uatibus inquit: τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος, neq; rumuſculos indoctioris uulgi aucupatus ſum: in illam uerò curam ſedulò incubui, & adhuc omnibus conatibus incumbam, quomodo uobis prodeſse queam, cum priuatis hortatibus, tum publicis quoq; ſcriptis, & quacunq; tandem id opera & debet & poterit fieri. Porro habet uterq; ueſtrum domeſtica exempla quamplurima, quibus merito ad uigilantiam, alacritatem, ſtudium, omnemq; diligentiam inflammari, & excitari uos decet, quod ſi factum fuerit, non dubito, quin haſce meas lucubratiunculas, & præceptiones ita appræhenſuri ſitis, ne ueſtri me pœnitere poſsit. Tuq; uel in primis, Heinrice dilectiſsime, patrui tui, uiri integerrimi, & extra quamuis ingenij aleam poſiti ut inſiſtas ueſtigijs, eumq; ceu ſpeculum tam uitæ, quam doctrinæ tibi præponas, enitere, utq; ampliſsimæ ſpei, quam is

iamdu-

iamdudum de te concepit, & mature, & egregie ſatisfaci-
as, manibus pedibusq; labora. Te quoq;, Philippe ſua-
uiſsime, & parentis tui tum dignitas, tum qua te lubens
admodum fouet, liberalitas, & fratrum tuorum, qui in
eodem tecum ſtadio currunt, laudanda ſedulitas, pluri-
mum expergefacere, ſtimulansq; calcar tibi ſubdere de-
bet, ne tua ſegnities, quam quidem huc uſq; nullam in te
depræhendi, tam patris excellentiam, quam illorum in-
defatigatum ſtudium indigna torporis inertia dedecoret,
& infamet. Longius ſuſceptæ paræneſis narrationem
continuarem, niſi eadem, quæ modo enumeraui, antehac
ſæpius uobis inculcaſsem. Quod igitur reſtat, accipite a
me hoc qualecunq; leuidenſe munuſculum, & fideles meis
admonitionibus accommodate aures, ne ego fruſtra hos
ſurculos defregiſse, & uos incaſsum in iiſdem con-
templandis ſudauiſse uideamini. Valete fe-
liciter, & me præceptorem ueſtrum, ut facitis,
diligite. Ex Brunſuiga, ſexto calend.
Februarij. Anno Chriſti. Lx.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0009-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0010-0

# ANDREÆ ZAELYCHII SPANDOVIENSIS LOCORVM COMMUNIUM liber Primus.

## I.

### OBTRECTATIO.

QVi famæ alterius maledicere gaudet, ab omni
Crimine ſe uacuum protinus eſſe putat.
Mantica poſterior ſi uero ad prima trahatur
Pectora, qui latuit, næuus, apertus erit.

LAſter vnd ſchand vom andern ſagn
Thut jederman ſehr wol behagn/
Abr hüt dich fur ſolch zungen dreſchr
Die ſelb meinen ſie ſein viel beſſr/
Dann ſonſt ein armer biderman/
Gehörn doch vnter die ſchalcks fahn.

## II.

### INVIDIA.

Mœſtus it, & triſti marceſsit Demea uultu,
Corporis & trux eſt carnificina ſui.
Ac merito: quid enim tormenti liuor iniquus
Perferret? quam quod ſic cruciatus eat.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0011-6

Abgunſt verzeret marck vnd beyn
Auch ſelden kan zu frieden ſein/
Ein neydr keim andern ſchedlich iſt
Dann jm allein zu jeder friſt.

## III.

### SVPERBIA.

Iunonis penna ales uerſicolore ſuperbit,
Criſtatus plaudit gallus ouante ſono.
Credideram humanas tantum exturgeſcere mentes,
Nunc etiam extollit beſtia bruta caput.

Stoltz/hochmut nemen vberhand
Gehn gar geſchwindt durch alle land/
Ein jedr vbr ſeinen ſtandt wil ſein
Derhalb man offt geret in pein.

## IIII.

### LVXVS.

Crapula, luxuries, gula, commeſſatio, uenter,
Heu nimium noſtro tempore quemq; domant.
Nil niſi perpetuis conuiuia ducimus horis,
Et nunquam linquunt pocla, cibuſue, thorum.

Wer nun nicht freſſn vnd ſauffen kan
Den helt man fur ein ſchlechten man/

Ein

Ein jeder fürt ein gutten mut
Ja ſtets im ſauſe leben thut.

## V.
### AVARITIA.

Auri ſacra fames, & amor ſceleratus habendi,
Corda hominum triſti torquet auaritia.
Nec culpanda adeo foret hæc inſania, pauper
Si ſaltem charas accumularet opes.
At modo diuitijs miſero plus auctus egeno
Addere collectis res quoq; rebus auet.

Der geitzteuffl eingenomen hat
Die gantzen welt beyd frů vnd ſpat/
Der Reich daran gedenckt mit fleiſs/
Wie ers nur alles zu ſich reiſs/
Betrachtet wenig arme leut
Auch keim ein ſtücklein brodts beut/
Darumb auch Gott ins himmels thron
Zu letſt wird geben böſen lohn.

## VI.
### DOLVS.

Cana fides ſumptis reuolauit ad æthera pennis,
Sanctum iuſtitiæ numen abegit homo.
Sunt ſtudioſa doli mortalia pectora, fraudes
Diligimus, uafer & qui nequit eſſe, iacet.

Gerechtigkeit vnd redtlicheit
Schier niemandts leid zu dieſer zeit/
Betrugk falſcheit vnd buberey
Han vberhand genomen frey.

## VII.

### CALVMNIA.

Doctorum nuſquam ueneranda caterua uirorum
Ab ſæuo linguæ fulmine tuta manet.
Nigra Theoninis Calumnia dentibus omnes
Crudeli morſu dilacerare ſtudet.

Wem Gott verſtand vnd weiſsheit gibt/
Odr ſonſt die Edlen tugendt liebt/
Der muſs ein Nar ſein fur der welt/
Vnd wer er auch der beſte heldt.

## VIII.

Qui nequit in uarias animum deducere parteis,
Tempore is hoc nomen deſipientis habet.
In precio precij mater Verſutia magno eſt,
Hanc cole, & e tenui mox opulentus eris.
At cauiſse tamen debes, ne conditor orbis
Fallax, fallaci lege rependat iter.

Böſs renck vnd falſche wahr dabey/
Dozu auch liegen/ triegen frey/

Gar

Gar bald dem nechſtn das ſein abziehn
Welchs doch auffs höchſt wer zu fliehn/
Dann liſt vnd bhende teuſcherey/
Sehr vbl / vnd ſchier nimmer gedeyn.

# IX.

## IMPVDICITIA.

Quiſq; libidinibus præbentia turpibus anſam
Haud timet abſq; ullo uerba pudore loqui.
Regnat adhuc uolucer ſtridente Cupido ſagitta,
Atq; omneis pharetris ſub ſua iura uocat.
Nulla adoleſcentum venere eſt modo caſta puella,
Iamq; illegitimæ ſunt in honore faces.

Vnzucht iſt eingeriſſen ſchier/ ſehr
Ehr / zucht / vnd ſcham gildt nirgents mehr/
Schendtliche wort / vnhüpſche lippn
Verdorben han land / ſtett / vnd ſittn.

# X.

## ADVLATIO.

Palponum eſuriȷt quondam mutabile uulgus,
Et ſtetit occluſas ſœpius ante fores.
Nunc ea principibus uexatio blanda probatur,
Perniciemq; fouet ditior aula ſuam.
Quis non delitias regum uidet eſſe bilingues?
Scilicet ut laudem dantibus hiſce ferant.

Namq́ ſuis turpem dictis plebecula fucum
Dempſiſse, & ducibus uera referre ſolet.
Plebis adulator ſuffragia ut ergo refellat
Improbus, in precio deſijt eſse leui.

Wer gunſt vnd danck verdienen will/
Muſs reden nicht/ gantz ſchweigen ſtill/
Die warheit iſt ein bitters kraut/
Do Fürſten vnd Herren ſehr fur grawt/
Abr wer wol fuchſchwentz drehen kan/
Der iſt zu hoff ein feiner Man.

# XI.

## TRISTITIA.

Amplius in mundo lœti nil reſtat, ubiq́
Triſtior occurrit luctus, ubiq́ dolor.
Omnia ſunt lachrimis digniſsima, & omnia fletu.
Nec caret ærumnis quælibet hora ſuis.
Attamen ingenti curarum quid iuuat æſtu
Torqueri? & multo polluere imbre genas?
Non meliora dabunt oculorum ſæcla labores,
Incutiet uitijs gutta nec ulla metum.

Nichts mehr dann Jamer vnd hertzleit
Auff erden iſt / vnd wen bereyt/
Ein frölichs hertz ſich frewen thut/
So kumpt doch baldt ein ſchwerer muth/

Die.

Dieweil ſo manches Bubenſtück
Geſchen wirdt / vnd böſe tück/
Dauon ſich Sonn vnd Mon entſetzt/
Vnd jederman durch wirdt geletzt.

## XII.

### DESIDIA.

Abſit pigrities, torporis inertia cedat,
Dignum laude aliquid ſi ſtatuiſſe uelis,
Nam dedit exitio ſocors Ignauia multos,
Ante diem Stygios qui ſubiere lacus,
Monſtrũ horrendũ, ingens, ſtipatũ mille periclis,
Et nimium facile ad furta doloſa ſcelus.
Ah quoties expers corpus iuuenile laborum,
A cruce ſuſpenſum flebile pendet onus.

Hüt dich mein kindt fur leddigganck/
So wirdt dir zeit vnd weil nicht langk/
Auſs faulheit nichtes guts entſpringt/
Diebſtal/vntrew/ſie mit ſich bringt/
Wer nicht arbeit mit groſſer eil/
Darnach dem hencker wirdt zu teil.

## XIII.

### INCIVILITAS.

Cernimus, ut pueros mores remorentur agreſtes,
Ne decus ex ſtudijs,quod petiere,ferant,
Nec ſaltem pueros, agmen rude inersq; , tenellos,
Ruſticitas etiam detinet illa ſenes.

Inter

Inter inhumanos potius uixiſse leones,
Vrſorum latebras & coluiſse uelim.
Quam male compoſito torqueri pectore, ſenſus
Quod caret, & nimia ſimplicitate ſtupet.

Wiltu dein leben in der welt
Schicken / das jederm wolgefelt/
Muſt dich nicht halten / wie ein ſchwein
Sonſt wird man deinr bald müde ſein/
Die höfflichkeit iſt lobens werdt/
Vnd wem ſie Gott nit hat beſchert/
Der bleibt vnd iſt ein grobes Rindt
Vnd wer er auch des Pabſtes kindt.

## XIIII.

### SOMNOLENTIA.

Præmia rara ſopor tribuit: cur ergo grauaris
Mollibus e plumis triſte leuare caput?
Stertere ſi deceat noctesq; diesq;, fugatis
Cur tenebris ſupero Phœbus in axe micat?
Scilicet eſt placidæ nox dulcis amica quietis:
Hac ceſsante, etiam deſinat illa ſimul.

Wer ſchlaffen kan mit ſanffter rhů
Die langen nacht / den tag dazu/
Den wirdt furwar Gott ſtraffen bald/
Mit hunger / kummer mannichfalt/

Vnd

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0018-6

Vnd ſolt man ligen ſtets im bett/
Vnſr keiner mehr zu eſſen hett/
Dörfft auch die Sonne ſcheinen nicht/
Wenn ſchlaff vnd rhů nur wer ein pflicht.

## XV.

### IRA.

Infœlix qui dat ſpacioſum tempus in iram,
Et longas odio tollit amicitias.
Aſperitate feras æquat, cui lenta ſimultas
Cordi eſt, quem ſæuo bilis in igne tenet.

Verhitzter ſin nichts guts anricht/
Ein zörnigs menſch als guts zerbricht/
Vnd wer ſich darauff gibet ſchier/
Iſt gar ein vnuernunfftigs thier.

## XVI.

### SEDITIO.

Seditionis amat diſcordia mutua rixas,
Et ruit in uetitum gens populoſa nefas.
Iura magiſtratus nunc ciuica turba recuſat,
Vrbs iacet Indigenis quælibet ægra ſuis.
Filius in patris imperium fera iurgia ſoluit,
Detrectat matris nata petulca iugum.
Quid moror? & proprio ſoror eſt contermina fratri,
In ſobolem genitor bella cruenta parat.

Omnia mota fremunt, pax exulat alma, receſſit,
Si qua fuit noſtro cognita in orbe, quies.

Kein fried vnd eintracht nirgents mhe/
Zu finden iſt/vnd wens geſcheche/
Das man beſuchet alle ſtend/
Beid Geſtlich/ Weltlich/ Hauſsregment/
Gar manchen krieg vnd groſsen ſtrauſs
Du ſehen würſt/nur oben auſs/
Vnd nirgents an ein jeder wil/
Darumb erregt ſich vnfals viel/
Der Son den Vatter acht gering/
Fragt nichts darnach obs miſsgeling/
Die Tochter thut was jr behagt/
Volgt ſelden jrer Mutter Radt/
Vnd wenn ichs kürtzlich ſagen ſol/
Die gantze welt iſt zweitrachts vol.

## XVII.

### INCANTATIO.

Impietas grãdis ferro obtruncare nocentum,
Functio ſi tua non poſtulet illud, erit.
Lurida at inſonti miſcere aconita, ſceleſtum
Eſt magis, et toto nomine crimen habet.
Nec ſat erat, terris regnare licentius iſta,
Iam quoq; ſyderibus uis male fortis obeſt.
Hic pluuias, magicis ciet ille tonitrua uerbis,
Et mox Carminibus Iupiter ipſe cadet.

Quid

Quid, quod amantum etiam leuis incantatio mentes
Præſtigijs dirimit præſtigijſque ligat.
Hei mihi? quam triſtis ſcelerati erit exitus orbis?
Propter inauditi facta nefanda mali.

Der alten weiber beſte kunſt
Iſt zauberey/ vnd was ſie ſunſt
Mit böſem gifft außrichten viel/
Dadurch manchem ſeins lebens zil
Verkürtzet wirdt vnd abgebrochn/
Drumb ſolchs auch billich wirdt gerochn/
Das fewr iſt jrer aller lohn /
Damit ſie fur der welt den hohn/
Darnach die ewig ſtraff von Gott
Empfangen/in der hellen glut.

# XVIII.

## PERFIDIA.

Si bene principibus fuerint conſtante fideles
Pectore, conſilijs quos adhibere ſolent.
Nulla ſalutaris mage res: ſed dedita fuco
Extruit innumeros aulica turba dolos.
Idcirco & uarias patiuntur firma ruinas
Imperia, & quauis proſperitate carent.

Es iſt kein gröſſer ſchandt im land/
Dann wenn die Fürſten bey ſich hand/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0021-1

Vntrewe Reth/ vnd falſche zungn
Darauſs viel vnglücks iſt entſprungn/
Dann falſche leut mit liſt jr ding
Auſsfüren/ vnd ſein gar geſchwindt/
Jren Hern gute wordt zugebn
Vnd bringen ſie damit vmbs lebn/
Verraten dazu land vnd leut
Das bringet jn ein gute beut.

## XIX.

### INGRATITVDO.

Optima præ reliquis eſt, Munificentia, uirtus,
Et laudem, pectus quod miſeretur, habet.
At nihil officijs ſtudij exhibuiſse uiciſsim,
Turpe erit, hoc uitij mundus habere ſolet.

Mild ſein vnd jederm helffen gern/
Steht wol/ vndanckbarkeit ſey fern/
Dann wenn du bald vergeſſen wirſt
Der wolthat ſo ein frommer Chriſt/
Odr ander dir erzeiget hat/
Gar bald derſelb wird faul vnd mat/
Dir vnd keim mehr zu willen iſt/
Weils vmbſunſt vnd verloren iſt.

Alterius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0022-7

# XX.

## φιλαυτία ET IACTANTIA.

Alterius mores repræhendimus, omnia nobis
    Noſtra placent, quaſi ſint integra, pulchra, bona.
Magniloquis proprios labijs uenamur honores,
    Extenuatq;, Thraſo, Phædria, quicquid agit.

Sich rhümen/ander ſchelten fluchs
Hat vor allein gewuſt der fuchs/
Nun habens auch der menſchen kind
Sehr fein gelernet / die gar blind/
Vnd nichtes ſehend vber al
Was jnen bricht/Jrs nechſten fal/
Sie taddeln vber maſſen fein/
Ein jeder wil der beſte ſein.

# XXI.

## QVI, QVAE VVLT DICIT, quæ non uult audiet.

Qui iacit in ſpretum conuitia turpia fratrem,
    Et ſequitur ductum mentis ubiq; ſuæ:
Rurſus ab aduerſo conuicia turpia fratre
    Cogitur auricula non tolerante pati.

Wer ſagen thut was er nur wil/
Muſs offt hören das widerſpil.
Vnd leiden/ das jm nicht behagt/
Dieweil er ſolchs vom andern ſagt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0023-3

# XXII.

## NIL TAM DIFFICILE EST, QVIN quærendo inueſtigari poſsit.

Viribus annexi montes transferre Cyclopes,
Saxaq; in undiuagum conualuere fretum.
Dædalus iuſuetas quamuis aſsumpſerat alas,
Attamen aerium per mare fecit iter.
Nil ita difficile eſt, quin diſcas temporis uſu:
Aſsiduo fit opus quodq; labore leue.

Wiltu was töchtigs richten auſs/
So muſtu brauchen deiner fauſt/
Vnd nicht faulentzen/ leddig gehn/
Sonſt wirſtu marter vbel ſtehn.

# XXIII.

## DETERIORES OMNES ſumus licentia.

Si quis ſponte ſua probus eſt puer, acrius inſta.
Labitur in uetitum mens male recta nefas.
Cernis, ut a iuſto diſcedant tramite, ſi non
Cornipedes frenis impediantur equi.
Scilicet ingenuos damnoſa licentia mores
Polluit, eq; bonis deteriora facit.

Laſs deinem kind ſein willen nicht/
Dann ſonſt es nicht viel guts anricht/
Halt es im zaum / beuge es wol/
Hernach es dir nicht grewen ſol/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0024-9

Wir ſein geſinnet alle ſo/
Das wir des böſen werden fro/
Wenn vns kein ſtraffe zwingen thut/
Drumb halt die dein nur ſtets in hut.

## XXIIII.

### FACILE OMNES CVM VALE- mus, recta conſilia ægrotis damus.

Perfacile eſt miſeris, ſi tu ualeas bene, gratam,
Conſilio & promptis mittere rebus, opem.
Sic medicus duro non æquus uulnere læſum,
Vt ſit præſenti corde animoq́, iubet.
Liber amore ægrum quoq́ conſolatur amantem,
Et flammas, quas non pertulit ipſe, leuat.

Es iſt kein man ſo troſtloſs gar/
Der nicht ſeim nechſten in der fahr/
Mit radt vnd worten hülfflich ſey/
Iſt er allein von kranckheit frey/
Abr wenn jn ſelber nodt anficht/
So find er erſt was eim gebricht/
Vnd hat er vor des radts zu viel/
Als dann jm alzeit nütz ſein wil.

## XXV.

### OMNES SIBI MELIVS ESSE malunt quam alteri.

Proximus ipſe egomet mihi ſum, modo clamitat omnis,
Et ni-

Et nimis heu multum ponderis illud habet.
Vtilitatis amor propriæ nos faſcinat, ut nil,
Quam bene quod prodeſt, appetijſſe iuuet.
Nemo ſui curat uicini commoda quicquam,
Fallor, an illius grata ruina quoq; eſt?
Paupere quid mihi cum? quem nulla domi urget egeſtas,
Et multo ſemper fœnore diues, ait.

Eign nutz das ſeine nur betracht/
Wies andern geht gar wenig acht/
Vnd iſt alſo das Sprichwort war/
Wers ſein beſtalt iſt zwar kein Nar/
Der reich denckt auff ſein küchin feiſt/
Vnd was er daſelbs hab fur ſpeiſs/
Panctiert vnd pflegt ſeins leibes zart/
Sein nechſten truckt groſs armut hart/
Eh der errettet würd auſs nodt/
Viel lieber muſt er hungern todt/
Verſchmachten auch vor groſſem leid/
Hüt dich vor vnbarmhertzigkeit.

## XXVI.

### QVI IVDICIVM FVGIT, FAcinus fatetur.

Conſcia mens recti nullum fugit ante tribunal
Siſtier, ex æquo dummodo Præſes agat:
At mente ipſe ſuum facinus trepidante fatetur,
Iudicis arbitrium qui ſubijſſe timet.

Sic ubi

Sic ubi balantem rapuit lupus improbus agnum,
Mox nemorum latebras, & loca tuta petit.

Wol dem der ſich vnſchuldich weiſs/
Mit keinem argen nie beſchmeiſt/
Der wird hernach nicht Schamrodt ſtan
Ein Bub darff niemandts ſehen an.

## XXVII.

QVAE RES IN SE NEQVE CONSI-
lium, neq; modum habet ullum, ea conſilio regi
non poteſt.

Ah miſer eſt, ſi quis lenire Cupidinis ignes
Nititur, & flammæ conſuluiſſe graui.
Qui ſemel eſt animum lœthali fixus ab arcu,
Non facile oblatas fert in amore uices.
Quod iam tranſilijt, medicandi robore ſines
Indomito, haud ulla tollitur arte, malum.

Das fewr der lieb gantz brennet ſehr/
Wers leſchen ſol/ hat mühe ſchwer/
Wo witz vnd maſs nicht haben ſtadt/
Da iſt verloren hülff vnd radt.

## XXVIII.

OMNIVM RERVM VICIS-
ſitudo eſt.

Omnia mutantur, nil eſt durabile, pauper
Quicq; hodie fuerat, cras opulentus erit.
Nunc ualet, & lætos homo lætior exigit annos,
Mox cadet in putri contumulandus humo.
Sic heu ſic uarij ludunt mortalia caſus
Pectora, per dubias uoluimur atq; uices.

Al ding im huy ſich keren vmb/
Was recht iſt/kan bald werden krum/
Heut iſt der menſch ſchon jung vnd lang/
Sich morgen iſt er ſchwach vnd kranck/
Vnd wenn wir lang gelebet han/
So müſſn wir doch zu letzt dauon.

## XXIX.

### SIMILE DE MORVM ET TEMporum mutatione.

Maxima pars hominum præſentis temporis annos
Deſpicit, eulogio præteritosq; uehit.
Tunc, inquit uulgus, dilectio in orbe, ſideſq;
Regnabant, caluit tunc pietatis amor.
Nunc contra inſidiæ, deceptio, frausq;, dolusq;
Surrexere, obijt iuſtitiæq; decus.
Multaq; præterea plebs inſcia naris obeſæ
Gannit, reſponſum quæ ſibi tale ferat.
Vertitur ut paruo, in gemino orbita lumine, nutu,
Sic rerum uariat quælibet hora uices.
Quid memoraſse iuuat proauorum ab origine uitam?
Quid iuuat extinctos ferre referre patres?

Horum

Horum cuiq; ſui placuit uia trãmitis, at nos
  Heu nimis ad uitium dedita turba ſumus.
Viribus ante cadet reſolutis arduus æther,
  Et ſine tota polum ad pondere terra ruet.
Aurea quam denuo priſcorum ſæcula morum
  Antiquum fuerint in reuocata ſtatum.
Scilicet inuerſi ſeries deterrima mundi,
  Nos quoq; mutatos degenerare facit.

Die zeit vnd menſchen alle bald
Zu gleich vergehn/vnd werden alt/
Vnd wie die jar thun wenden ſich/
Alſo wir auch nun wůnderlich/
Anfahn zu ſein / vnd merck mich recht/
Die jugent iſt nicht mehr ſo ſchlecht/
Ja auch die alten nicht ſo ſtil
Jtz ſein/wie da zu jener zil/
Das macht des letzten tages end/
Welchs vber vns kommen wird behend/
Vnd bzalen was wir han volbracht/
Weh den / ſo tugent nicht geacht/
Jn Bůberey gelebt ohn ſchew/
Den helffen wird kein klag/noch rew.

## XXX.

SCITVM EST PERICVLVM EX
aliјs facere tibi quod ex uſu ſit.

Fœlix ex uita alterius qui colligit æquum,
Pectore ſed cauto peſsima quæq; fugit.
Hoc Cicero ipſe ſuum monuit ſuper omnia natum,
Cecropidas inter cum peregrinus erat.
Quin etiam magni grauitas ueneranda Catonis,
Diſce puer mores quos imiteris, ait.

## XXXI.

### SIMILE DE EODEM.

Si bene quid facient alij, ſtatue eſſe ſequendum:
Sin male, uitabis non ſecus, atq; nefas.
Cernis ut Hyblæis apibus mos iſte probetur,
Quas ſemper tanq̃ recti imitare duces.
Floribus hæ fugiunt herbas, & odore carentes,
Nec petiere, quibus ſuccus amarus ineſt.
Saltem crura thymi folijs ſaturata reportant,
Mox baccas tiliæ, mox caſiamq; legunt.

Den halt ich fur ein weiſen man/
Der ſich nach andern richten kan/
Vnd wird durch jren ſchaden klug/
Es ſind ohn das breit narren gnug/
Welche viel beflecken mit dem grind/
Darin ſie gantz verwürtzelt ſind/
Hůt dich fur jnen / vnd leb recht/
So ehrſtu dich / vnd dein geſchlecht.

## XXXII.

### DE EXCELLENTIA bonarum artium.

In ſtu-

In ſtudijs decus omne ſitum eſt, hinc gloria laudis
Summa uenit, ſtudijs in decus omne ſitum eſt.

Lobs werdt ſeind zwar die freyen künſt/
Selg iſt/ der ſie nicht lernt umb ſünſt/
Sie geben ehr/ gewalt vnd gut/
Dazu ein friſchen freyen muth.

## XXXIII.

### TV, QVOD CAVERE POTES, ſtultum eſt admittere.

Turpe, laboriferi perferre incommoda damni,
Quæ ſtudio poteras ante cauere leui.
Turpe, domi ſæuos tecum fouiſſe leones,
Vtilius ſyluis quos latitaſſe foret.
Turpe, pudenda pati te uerbera, fortior illo
Cum fueris, qui te motus ad arma uocat.

Dein beſtes alzeit prüff mit fleiſs/
So helt man dich fur klug/ vnd weiſs/
Wenn du dir ſelber abtrag thuſt/
Den ſpot zum ſchaden haben muſt.

## XXXIIII.

### OMNIA PRIVS CONSILIO EXperiri, quam armis ſapientem decet.

Fortia non ſemper nocuerunt hoſtibus arma,
Calliditate etiam uincitur hoſtis atrox.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0031-7

Qui non conſilijs, ardenti aſt omnia bello
Dux gerit, haud dedet caſtra inimica neci.

Das ſchwerdt ein Kriegsfürſt füren ſol/
Damit er ſich thu retten wol/
Abr guter radt muſs ſein dabey/
Sonſt wirdts alles verloren ſein.

## XXXV.

### DIES ADIMIT AEGRI- tudinem hominibus.

Tempore luctus abit, miteſcunt tempore curæ,
Sollicitus fuerat qui modo, lætus ouat.
Nec ſemper pluuias effundit apertior æther,
Sedato nubes turbine abire uides.

Groſs ſorg/viel ſchmertzen/jamer/leid/
Verſchwindet alles mit der zeit/
Vnd wenn ein tag oder zwen dahin/
So wandelt ſich bald mut vnd ſinn/
Nicht ſtets der himmel triepfft vnd weint/
Die Sonne nach dem regen ſcheint.

## XXXVI.

### NON LICET HOMINEM ESSE ſæpe ita uti uult, ſi res non ſinit.

Viueret in luxu Codrus, nec fercula Crœſi
Plus ſineret dapibus laudis habere ſuis.

At ſera

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0032-3

At fera pauperies conatus impedit: ergo
Quid maior rebus niteris eſſe tuis?
Quod potes, aggredere, & fuerit quod uiribus impar
Linquito, ne rurſus deijciaris, onus.
Multi, quos domuit frenis inſana uoluntas,
Turpiter exitij damna tulere grauis.

Es iſt furwar ein nerriſch man/
Der mehr wil wiſſen/als er kan/
Odr reich ſein/ſo er kaum das brodt
Mag haben / vnd gantz lebt in nodt/
Prang nicht zu ſehr/dein willen brich/
Es rewt dich ſonſt/gleub ſicherlich.

## XXXVII.

### NVLLA RES TAM FACILIS EST, quin difficilis fiat, ſi inuitus facias.

Arte quid eſt leuius noſtra? ſi quis tamen illam
Non amet, immenſi cura laboris erit.
Nil adeo facile eſt, quod non, ſi totus abhorres,
Difficilis ſpeciem molis habere queat.

Nichts wirſtu lernen vberal
Ohn luſt/vnd ſunderm wolgefal/
Dann was auſs liebe nicht geſchicht/
Gibt vberdruſs vnd ſchwere wicht.

HO-

## XXXVIII.

### HOMINE IMPERITO NIHIL quicquam iniuſtius.

Aſper, inhumanus, non mitis, tetricus, audax
Eſt, uitium inſulſæ qui ruditatis habet.

Ein grober vnerfarner pater
Weiſs kein gelimpff/ ſicht alzeit ſater/
Kan weder ſchimpff noch ernſt verſtehn/
Meint jederman auff jn ſol ſehn/
Jn ſeim thun ſtets will haben recht/
Vnd wer er auch der ſchlimſte knecht.

## XXXIX.

### FACILITATE NIHIL HOMINI eſt melius, neq; clementia.

Cernimus, ut facilis placidos clementia Diuos
Mitiget, atq; ignes finiat ira tuos.
Econtra aſperior rabies, & lingua proterua
Pertrahere ad bilem pectora mota ſolet.
Nil bonitate homini melius, nil dulcius unquam,
Lenibus illa placet, perdomat illa truces.

Geſtreng handeln/ nichts geben nach/
Gewalt vben/ nur treiben rach/
Gott nit behaget / du ſolt ſein
Gantz freundlich gen dem nechſten dein.

ETIAM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0034-4

## XL.

### ETIAM CAPILLVS VNVS habet umbram ſuam.

Nil adeo inualidum eſt, ſi res, tempusqꝫ requirant.
Cuius non aliquid poſsit, agatqꝫ, uigor.
Quid magis eſt paruum tenui, ſine mole, capillo?
Attamen umbellam crinis & unus habet.

Klein leut auch marck in beinen han/
Wiewol man ſie verachten kan/
Das gringſte herlin ſchier auch nicht
Ohn ſchatten iſt/ wenn mans beſicht.

## XLI.

### INIMICVM QVAMVIS HVmilem cauti eſt metuere.

Tutus es? hoſtiles nec quicquam ſuſpicis iras?
Digna metu quod non robora paruus habet.
Crede mihi, & magnas animantia tenuia uires
Sæpius in multis exeruere locis.
Strauit robuſtum funda ſtridente Goliam,
Ieſsæus nulla præditus arte puer.

Veracht nicht deinen feind ſo klein/
Es mag wol was dahinden ſein/
Man findet manchen kleinen man/
Der wol ein groſſn darff greiffen an/

Der hoch erſchröcklich Goliath
Den Dauid auch verachtet hat/
Noch fur der kleine Dauid zu/
Schlug jn zu bodden wie ein kuh.

## XLII.

### VNVS NIGRATVS MIſeris omnibus nocet.

Dignum morte uirum dicas, qui ſorte leuatus
Ferali, immemoris nomen habere poteſt.
Hic facit, ut gratis etiam exoptata negentur
Subſidia, & miſeros prompta iuuare manus.

Ein vndanckbarer tropff es macht/
Das auch die ander Arm veracht/
Vnd bleiben müſſn in nödten hart
Weil gar kein danck mehr funden wart.

## XLIII.

### MORA OMNIS ODIO EST, ſed affert ſapientiam.

Præmeditare prius, ſi, quid bene cedat ut, optas,
Multos fœlices cauſa morata facit.
Conſilium incautos præceps dementat, amatq;
Succeſsus florens proſperitate moras.

Bedenck alzeit anfanck vnd end/
So kanſt viel fals vnd vnglücks wendn/

Haſtiger

Haſtiger radt / vnd plötzlich tadt/
Gar manchen man verdorben hat.

## XLIIII.

### AVRVM OMNES VICTA iam pietate colunt.

Si quis adeſt, multi qui iugera poſsidet agri,
Introeat, curſus temporis iſte mali eſt.
Si quis adeſt, pauper cui rerum ſuppetit uſus,
Exeat, ah demens re ſine nullus eris.

Wer gelt hat vnd ein Her iſt
Den ſetzt man oben an den Tiſch/
Ein armer gſel muſs ſehen drauſs
Darff kucken nicht ins reichen hauſs.

## XLV.

### SIMILE EIDEM.

Diuitijs inhia, ſi fœlix quæris haberi,
Nemo fauet tenui, pauper ubiq; iacet.
Pauper ubiq; iacet, res tollitur inde ſed una,
In molli nunquam nam cubat ille thoro

Schind / ſchab / vnd laſs dirs werden ſawr/
Wiltu nicht bleiben ſtets ein pawr/
Dem geringen niemandts günſtig iſt
Ein jeder an jm die füſſe wiſcht.

# XLVI.
## ALIVD.

Temporis hic mos eſt noſtri, de paupere conſul
Mendico euadet nemo, eat iſte foras.
Diuitiæ extollunt hominem, dat tenſa crumena
Inſipidis ſpeciem, cum probitate decus.
Diuitiæ ſtultos epulis accumbere Regum
Efficiunt, ſummis conciliantq; uiris.

Wiltu nach groſſen Ehren ſtrebn/
Mit groſſen Herrn vmbgehn/vnd lebn/
So ſchick dich auff ein fulle taſchen/
Sonſt darffſt zu houe nicht gehn naſchn/
Dann wirſtu lehr hin kommen gangn/
Iſt als vmbſunſt was du wirſt anfangn.

# XLVII.
## SVIS QVISQVE VItijs blanditur.

Cernis, ut extenuet blandis ſua crimina uerbis
Quilibet: & titulo nitimur eſſe boni.
Sic cautum timidus, parcum ſe ſemper auarus
Nominat, & prudens ſum, ueterator ait.

Wenn du zum geitzhals ſagen wirſt/
Du biſt ein Wucherer / vnd kein Chriſt/
Gar tapffer er das leuchnen kan/
Vnd ſetzt dir wol ein naſen an/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0038-7

Ich bin ein frommer biderman/
Mit furwitz ich mich neren kan/
Solch mantel wird nun ſehr gemein/
Ein jeder wil vngeſtraffet ſein.

## XLVIII.
### AB ALIO EXPECTES alteri quod feceris.

Hectora, Patrocli exuuijs niſi uictor ouaſset,
Pelides iunctis non laceraſset equis.
Scilicet exemplum de te cito ſumpſerit alter,
Quali ſit tecum res ineunda modo.
Optima penſantur melioribus, & mala paruo.
( Diſpenſant ſuperi hæc omnia ( fine cadunt.

Wenn du dich ſchickſt als ſichs gebürt/
Vnd das kein wandel werd geſpürt/
So kan ein ander wiſſen wol/
Wie er ſich kegn dich halten ſol.

## XLIX.
### ANIMO DOLENTI NIL oportet credere.

Ne temere incipias quicquam, mens ægra dolores
Cum fouet, & nimia hanc ſollicitudo premit,
Omnia ſepoſito poteris diſcernere luctu,
Et melius tota de ratione loqui.

Wilt etwas wichtiges fangen an
So moſtu dich der ſorg entſchlan/
Ergreifft dich aber Trawrigkeit
Von keim ding geben kanſt beſcheidt.

## L.

### BENEFICIVM ACCIPERE libertatem uendere eſt.

Libertate cadit, qui pondere preſsus iniquo
Vtier alterius cogitur officio.
Quam potius felix hic eſt, qui rebus abundans
Auxilio caſsis fert miſeratus opem.

Es iſt furwar ein Selger man
Den dürfftigen ſo geben kan/
Vnd jn jr freyheit keuffet ab
Mit reicher hand vnd milder gab.

## LI.

### GRAVISSIMA EST PROBI honinis iracundia.

Ringitur in primis grauiter, ſtomachoſaçꝫ uerſat
Pectora, uir calido percitus igne bonus.
Rarius iraſci, quæ ſunt ſine felle, columbas
Cernimus, at motæ murmura bile cient.

Ein ſimpel menſch / vnd frommes hertz
Sich vngern zürnt/ verduldet ſchmertz/

Abr wenn

Abr wenn einmal das fewr entbrendt
So wird die frumbkeit gantz verblendt.

## LII.

### DE VERBI DIVINI
æternitate.

Verba panomphæi reuerenter habenda Tonantis
Semper in æternum non morirura manent.
Quis putet? ante cadet reſolutis nubibus æther,
Ante prement cœli climata fracta ſolum:
Et prius amiſſo, quo perſtant cuncta, tenore,
In Chaos antiquum terra poluſq; ruent:
Quam poterint Domini ſanctæ interijſse loquelæ,
Vnus & his de quam comminuetur apex.
Vnde ſed id noſti? dicas: hæc ore ſacrato,
Fallere qui neſcit Chriſtus Ieſus ait.
Machina ſydereæ conuexaq; pondera molis
Obſcurum perdent lumine adaucta decus
Quin etiam ipſa parens rerum immutabitur, ut poſt
Non ita, nunc ueluti, dona caduca ferat.
Sermo at in æternum noſter durabilis eſto,
Hunc æui ſeries nulla abolere poteſt
Non aqua, non ignis, non, quod domat omnia, ferrum
Hos noſtros tollet, quos modo promo, ſonos.

Himmel vnd erden wird vergehn/
Abr Gottes wort bleibt ewig ſtehn/
Kein gwalt daſſelb vertreiben ſol
Vnd würde auch der Teuffel tol/

Verdröſſe

Verdröſſe es auch der hellen pfort/
Dannoch ſol bleiben Gottes wort.

## LIII.

### OMNIA COLLABVNTVR.

Extulit Auſoniam inſignis ſuper æthera Romam
Fama, fuit cunctis hæc celebrata plagis.
Oedipodianias etiam ſua nomina Thebas
Norant, turritæ nobileq; urbis opus.
Nunc hæc in ſolidas euerſa receſsit arenas,
Deficit, & turpi eſt illa relicta ſitu.
Omnia ſic pereunt monumenta celebria rerum,
Longius & mundi machina ſtare nequit.

All ding zerfallen vnd vergehn/
Groſs Sted viel ſchlöſſer nicht mehr ſtehn/
Der himmel ſelbs hebt an zu krachn/
Wie wols gar wenig leut betrachten/
Und wird einmal nemen ſein end/
Der lieb Gott alles vnglück wend.

## LIIII.

### HABET IN ADVERSIS AVXilia, qui in ſecundis commodat.

Qui quondam cruſta leuiore cibauit egenos,
Iam rurſus panem quo ſatietur habet.
Qui ſed in aduerſis non nouit rebus amicum,
Nec tulit huic aliquam commiſeratus opem.

Is quo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0042-8

Is quocꝫ mutāta iam ſorte famelicus errat,
Et canit ad ſurdas carmen inane foras.

Bey zeit dein ſach wol halt in hut/
Vnd mach dir freund von deinem gut/
Dieweil du ſein noch mechtig biſt/
Gar bald die ſchantz verſehen iſt/
Wens glückes redlein vmb wird ſchlan
Muſtu ſonſt bloſs vnd leddig ſtan.

## LV.

### BIBACITAS.

Nouit in inferno graſsari ſæuius ignem,
Ergo mage exhaurit pocula plena bibax.
Feruida tam cito ne poſsit ſibi flamma nocere,
Si fors Tartareos detur adire lacus.

Die hell iſt heiſs/ das weiſs man wol/
Drumb ſeufft man ſich hie fol vnd tol/
Auff das man dort ohn pein mög ſein/
Dieweil naſs holtz des fewers ſchein/
Nicht an ſich kommen leſt behend
Was Trucken iſt wird bald verbrendt.

## LVI.

### FERAS, NON CVLPES, QVOD mutari non poteſt.

Deſipit ille nimis, caſu qui læſus iniquo,
Non timet, in iuſtum bella mouere Deum.
Quid iuuat, extinctæ genitor ſi funera prolis
Defleat, ad uiuos cum reuocare nequit?
Quicquid agit fati non diſsoluenda poteſtas,
Leniter ut patiar, me mea damna monent.

Nicht mur wider den Schepffer dein/
Wenn du geradſt in nodt vnd pein/
Das Creutz gedultig leiden thů
So wirſtu des eh haben rhů.

## LVII.

### MVLIER CVM SOLA cogitat, mala cogitat.

Cum ſine teſte ſedet mulier, nil cogitat æqui,
Sed uarios dulci conſtruit arte dolos.
Fœmina cum ſola eſt, fraudes male conſcia nectit,
Inſtar & inſani turbinis acta furit.

Kein weib / wens nur alleine iſt/
Was guts gedenckt / mit arger liſt/
Sie ſtets vmbgehn/ hůt dich fur jn/
Böſs prackn ſie tichtn in jrem ſin.

## LVIII.

### EFFVGERE CVPIDITATEM, regnum eſt uincere.

Vt Tyrias ſedes Romano milite cinctus
Ad ſolidam æquaret Scipio uictor humum.
Mœnia tum caput ad flammis ardentia torquens,
Dicitur hos lachrymans ſæpe iteraſse ſonos.
Nunc Carthago uale: ualeant Carthaginis arces,
Totius o Lybiæ ſumma corona uale.
Formidanda olim, iam formidabilis ipſis quoq; iam lachrymabilis ipsis
Hoſtibus, exitio flebiliore iaces.
Quam uereor, ſimilem ne quando & noſtra ruinam,
Triſteq; ſuſtineat patria uicta iugum.
Sic heros urbis turbato damna miſertus
Pectore, ſuffudit rore cadente genas.
Non decet immiti frenos laxare furori,
Sicubi fors rebus fauit amica tuis.
Maius opus fuerit ſæuos compeſcere motus
Irarum, & uitij quodq; inhibere nefas.
Multa triumphanti quam ſubruere oppida dextra,
Quam ualida populos perdomuiſse manu.

Den halt ich fur ein klugen man/
Sein hertz der ſelber zaemen kan/
Damit es nicht zu böſer luſt
Sich neigen thů / wem diſs bewuſt/
Hat warlich mher gerichtet auſs/
Als wenn er ſelb mit ſtarcker fauſt/
Sein vatterlandt beſchützet hett/
Erobert dazu land vnd ſtett.

## LIX.

## BONO PROBARI MALO,
quam multis malis.

Sufficit, extollat ſi me bonus unus, & alter,
Quamuis diſpliceam, qui nocuere, malis.
Firma quidem ſatis hi tribuunt præconia, ſed non
Concelebrant, potius uituperare ſolent.

Wer ſich von Buben preiſen leſt/
Nicht prüffen kan ſein eigen beſt/
From leut allein mich loben ſoln/
Frag nichts nach andern Narn vnd Toln.

# LX.

## DEMENS DOLOREM
ridet infœlicium.

Fratris in aduerſa lugendum eſt ſorte, fugatur
Sollicitus iuncto ſæpe dolore dolor.
At miſeram alterius naſo ſuſpendere adunco
Fortunam, ſtolidi pectoris eſt id opus.
Scilicet & quondam iacturæ, & damna fuerunt,
Nec ſolus fato proſperiore caret.

Mit trawrign leuten trawrich ſein/
Die heilige ſchrifft vns leret fein/
Darumb derſelb nicht ſinreich iſt/
Vnd menſchlichs witzes gar vergiſt/
Wer ſeines nechſten lacht vnd ſpot/
Dieweil er leidet ſchad vnd nodt.

Non

## LXI.

Non tantum plebi ſeruanda ſtatuta, feruntur,
Obligat autorem lex quoq; iuſta ſuum.
Quis non extollat Minoa, piumq; Lycurgum?
Scilicet edictis ambo ſtetere ſuis.

Gewaltig Fürſten / Herren groſs /
Gantz ſehr jtz toben vber moſs /
Gſetz / ordnung / recht / jr keiner acht /
Vnd hetten ſies gleich ſelb gemacht /
Dannoch muſts als gebrochen ſein /
Die ſchlechten vnterthon allein /
Solchs halten müſſen feſt vnd rein /
Woln ſie vermeiden ſtraff vnd pein.

## LXII.

QVANTO PLVS LICEAT, tam libeat minus.

Quo quiſq; eſt maior, uel quo plus cuiq; licebit.
Hoc magis arbitrium contrahat ille ſuum.
Scilicet inprimis peccandi nota poteſtas,
Ne facias, poſsis quod facere, extenuet.
Qui, ſibi quod lubitum eſt, patrarunt cunq; Tyranni,
Supplicium tandem, quod meruere, luent.

Je gröſſer gewalt dir Gott verlihn /
Je mehr ſoltu böſs wandel fliehn /

Denck nicht / ich hab nun recht vnd macht/
Drumb wil ich leben tag vnd nacht/
Wie mirs gefelt / nach meinem ſinn/
Glaub mirs / wirſt haben klein gewin.

## LXIII.

FOELIX CRIMINIBVS
nullus erit diu.

Ah miſer eſt, ſi quis ſceleratæ, præmia uitæ.
Et capit ex turpi crimine turpe lucrum.
Non ſemper fauſto uoluentur ita omnia curſu,
Iam ueniet tacito pœna morata pede.

Auff ſůnd vnd ſchand wer ſich verleſt/
Vnd meint er ſithe nur alzu feſt/
Mag hůten ſich / das er nicht fal
Furwar man ſichts zwar vberal/
Kein toller hund leuft neugen jar/
Solch Sprichwort wird gemeinlich war/
Der krug ſo lang das waſſer trecht/
Biſs jm zu letz der halſs abbrecht.

## LXIIII.

IGNOSCAS ALIIS
multa, nihil tibi.

Ignoſcas alijs ſua crimina, nil tibi quicquam
Indulge, quadrat uita ſeuera tibi.

Sie

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0048-3

Dann ſein ein groſſer Edelman/
Vnd nichts dann ſchand vnd vnehr han.

## LXVII.

### AMES PARENTEM, SI
æquus eſt, ſin aliter, feras.

Dilige, ſi bonus eſt, non falſo corde parentem,
Sin alius, tamen & tu tolerabis eum.
Viuit adhuc magni uenerabile nomen Iſaci,
Et pietas, patris qua tulit imperium.

Dein eltern halt in ehren groſs/
Thu was ſie woln ohn vnterloſs/
Leiſt jm gehorſam frü vnd ſpat/
Solchs iſt furwar des Hern mandat/
Vnd ob ſie ſchon gebrechlich ſein/
Dannoch jr weiſs ſolt lernen fein/
Jn dienen/ghorchen / folgen fort/
So wird dirs wol gehn hie vnd dort.

## LXVIII.

### QVOD NOLIS PERIRE, SERVA.

Omnibus in rebus Domini præſentia cuſtos
Optimus eſt, magis & quodlibet urget opus.
Damna cauere igitur quiſquis uelit, ipſe laboret,
Seruorum uiolat ſubdola turba fidem.

Der herr muſs ſelber ſein der knecht/
Wil ers im hauſe finden recht/
Die fraw muſs ſelber ſein die magdt/
Wil ſie im hauſe ſchaffen radt/
Geſinde nimmermehr bedenckt/
Was nutz/odr ſchad im hauſe brengt/
Es iſt jn nicht gelegen dran/
Weil ſie es nicht fur eigen han.

## LXIX.

### AMICI VITIA SI FERAS, facis tua.

Mancipium Stygij ſubito fit principis ille,
Et ſibi, quod fecit criminis alter habet.
Diſcipuli exceſsum qui non punire magiſter,
Sed placido potius pectore ferre poteſt.
Argue peccantem, Deus id mandauit, amicum,
Sic anima a pœnis libera facta tua eſt.

Regenten/Herren/Obergkeit/
Vnd wem Gott ſonſt ein Ampt verleit/
Sol ſchützen was zu ſchützen iſt/
Vnd ſtraffen was zu ſtraffen iſt/
Sonſt wird Gott faren weidlich zu/
Ohn alle gnad/mit keiner rhu/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0050-2

Zerſchmetten jn vnd ſeine kind/
Dieweil er ſo verſtockt vnd blind
Geweſen iſt / vnd frembdes blut/
Gantz gutwillig auſs lindem mut
Auff ſich geladen/mit zu ſehn/
Drumb muſs auch nun die ſtraff ergehn.

## LXX.

### QVI CVM EBRIO LITIGAT abſentem lædit.

Iurgia quid prodeſt uino clamoſa ſepultis
Inferre? abſenti, qui nocet, hiſce nocet.
Ebria non proprios nouerunt agmina ſenſus.
Cur petis inſanum, litigioſe, caput?

Mit trunken leüten hader nicht/
Betracht es ſelb / beſinne dich /
Kein witz / verſtand / vernunfft ſie han /
Drumb hilffts gar nichts zanck fangen an /
Auch wenn du gleich lang flůchſt / vnd pochſt/
So pleibens doch nur grobe ochſn.

## LXXI.

### DIFFICILIS EST gloriæ cuſtodia.

Hei mihi, difficile eſt famamq; decusq; tueri,
Si quod honorificum nomen adeptus habes.

Inuida non ceſsat corrodere turba bonorum.
Quemlibet: o linguæ ſpicula ſæua trucis.

Sich dich wol für/mein liebes kind /
Gar viel der falſchen zungen ſind /
Die manchem ſeinen guten Nam /
Abſchneiden thun ohn alle ſcham /
Hüt dich / hab acht auff dein gelimpff /
Draffſt ſchlaffen nit / es iſt kein ſchimpff.

## LXXII.

### EXCELSIS MVLTO
facilius caſus nocet

Non humiles caſulas, non tecta domusq; iacentes,
Culmina nec tuguri fulmina ſæua petunt.
Deijciunt ſummas metuenda tonitrua turres,
Ictibus & feriunt ardua quæq; ſuis
Quicquid ſublime eſt, citius ruit, infima preſtant,
Longius, & tenuis ſors mage tuta manet.

Die kleinen heuſslin all gemein /
Fürs ſturm windts brauſen ſicher ſein /
Die groſſen Beum der donner ſchlecht /
Hoch Turn dem blitzen ſind gerecht /
Groſs leut groſs anſtoſs pflegn zu han /
Viel ſicherer iſt ein armer man.

## LXXIII.

FRVSTRA CVM AD SENECtam uentum eſt, repetes adoleſcentiam.

Panda ſenecta prope eſt, uiridis præterfluit ætas,
Cur igitur nectis, deſidioſe, moras?
Exere conſeſsas iuuenili in corpore uires,
Dum licet, en ſubito tempora ueris eunt.
His ſemel elapſis, fruſtra repetiueris annos
Præſentes, cum te ruga ſenilis arat.

Das alter fein hereiner ſchleicht /
Sich zu / das es dich nit ergreiff /
Eh du dich dafur hütſt vnd wartſt /
Gebrauch der zeit weil du ſie haſt /
Die Blům der Jugent nicht verſeum /
Schaw an wie ſich die Jungen Beum
Auſsbreiten / wachſen hoch vnd gleich /
Drumb werd an Kunſt vnd Tugent reich /
Weil du noch Jung vnd luſtig biſt /
Gar bald die ſchantz verſehen iſt.

## LXXIIII.

CVIVS DOLORI REMEdium eſt patientia.

Quid triſtare miſer? nimius dolor oſsa penetrat,
Et breue, ſi neſcis, mortis adauget iter.
Quin potius ſtatus eſt infracta mente ferendus
Qui libet, & præſens hoc releuamen erit.

Omnia, ceu medicus, patientia uulnera curat.
Tu modo ſi placidi cor tolerantis habes.

Was ſorgſtu viel / was traurſtu lang?
Warumb iſt dir im hertzen bang?
Vertzage nicht / gedenck an Gott /
Der wird dich rettn ohn allen ſpott /
Fur hertzleid iſt kein beſſer kraut /
Dann die gedult / wem dafur grawt /
Darff nicht lang ſuchen hülff vnd radt /
Kein beſſer artzt gefunden wart.

# LXXV.

## QVI MORTEM APPEtit, uitam accuſat.

Pertæſus uitæ, dominus quod condidit odit.
Quemq; Deus finem non fabricauit, amat.
Scilicet in terris homo debuit eſſe ſuperſtes,
Si non ad læthum ſponte tuliſſet iter.
Hoc fruere ergo bono, nec mortem ſæpius optes.
Absq; aderit uotis illa repente tuis.

Kein elender menſch auff erden iſt /
Dann wer ſeins lebens müde iſt /
Welchem ſein zeit wirt lang vnd ſawr /
Er ſey gleich Eddel / Bürger / Bawr /
Dem todt al tag er ruffen thut /
Kein frewd hat er in ſeinem mutt /

Ach

Ach godt behut fur ſolcher plag/
Rett vns auſs dieſem vngemag.

## LXXVI.

### FORMOSA FACIES muta commendatio eſt.

Si facies ſteterit lepide formata, ſub iſtac
Ingenium peius non habitare ſolet.
Neſcio quas pariat muta dulcedine flammas,
Ingenuo mixtus pulcher in ore color.
Odit Therſiten Danaum gens, Nirea amauit,
Scilicet hic elegans, dedecor ille fuit.

Jch weiſs nicht wies doch mög zu gehn/
Odr warumbs doch alſo geſche/
Das ſchöne leut von angeſicht ſein/
Vns lieber/dann die andern ſein/
Furwar ein ſonder krafft ſie han/
Dadurch vns Venus zündet an/
Therſites war ein heſslich man/
Abr Nireus hübſch vnd wolgethan/
Drumb Jenner muſt verachtet ſtehn/
Weil dieſer lieber wardt geſehn.

## LXXVII.

### VETEREM FERENDO INiuriam inuitas nouam.

Quis

Quis furor eſt? tolerare malum quod fecerit alter,
Et non ulciſci, quod patrat ille, ſcelus,
Quippe ferendo nimis ueterem æquo pectore culpam,
Horrenda ad maius das alimenta nefas.
Haud ita corrumpit terræ ſata frigidus imber,
Largius hiberno tempore quando cadit.
Vt prauas hominum lenta indulgentia mentes
Conſpurcat uitio deteriore magis.

Das ſchwert Gott hat beuolhn zur rach
Der Oberkeit / auff das ſie ſtraff /
Nicht ſaum / noch durch die finger ſeh /
Der ſcheffel nur alweg gleich geh /
Dann ſo man wolt vergeben bald /
Schelmrey / böſsheit / mord vnd gewalt /
Viel mehr der Buben wurden ſein /
Die ſich nun furchten fur der pein.

## LXXVIII.

### QVI IN HOMINE CALAMI-toſo eſt miſericors, meminit ſui.

Pectus adhuc hominis mihi habere uidebitur ille,
Qui feret afflicto commiſeratus opem.
Nam memor is dubiæ, qua nutant omnia, ſortis,
Se quoque in exitium poſse uenire putat.
Eripit ergo, ſinit dum res ſua caſibus actos,
Triſtibus, et miſeris auxiliator adeſt.
Sic uice mutata lenimina dulcia rurſus,
Indigus intrepida poſcere mente poteſt.

Wiltu

Wiltu probiern des menſchen ſinn/
Ob noch was gutes ſteckt in jm/
Merck auff ſein hertz/vnd prüff ſein hand/
Hiebey er gar bald wird erkant/
Dann leſt er nicht fur vber gehn/
Arm leut ſo fur den thüren ſtehn/
Auſs dieſen zeichn man ſpüren kan/
Das er noch ſey ein Chriſten man.

# LXXIX.

## EST HONESTA TVRPITVdo pro bona cauſa mori.

Turpe putat uulgus crudeli occumbere fato.
Sit licet innocuæ non mala cauſa necis.
At certe fœlix, & terq; quaterq; beatus
Eſt magis, immo piæ nomina laudis habet.
Qui uel ob exemplum utilius, patriæue ſalutem,
Non dubitat mortem ſorte iubente pati,
Niſus & Eurialus Laurenti uulnere cæſi,
Manſurum ſemper commeruere decus.
Regulus Auſoniæ notiſsimus urbis alumnus,
Hoc quoq; in æternum dignus honore manet.

Der pöffel helt es fur ein ſchand/
Frey ſterben fur ſein Vaterlandt/
Odr ſunſt fur ein Chriſtliche ſach/
Dadurch viel leüten gutts geſchach/
Abr wer es anders kan verſtehn/
Acht nicht ſolch zeitlich ſchmertz vnd peen/

Beſonder leſt ſich opfern auff /
Vnd gibt von ſich ein ſüſſen rauch /
Gleich wie die Heilgen Martrer al /
Gott preiſen thun mit reichem ſchal
In jhrem todt / vnd leſtem end /
Die welt iſt gantz vnd gar verblent.

## LXXX.

### MALE SECVM AGIT AEGER.
qui medicum hæredem facit.

Stultus is eſt æger, fragilis poſt funera uitæ,
Hæredem medicum qui iubet eſſe ſuum,
Quippe mala ſæuos augebit is arte dolores,
Vt citius mortem pharmaca mixta ferant.

Heimſücht dich Gott mit krancheit ſchwer /
So brauch des artzten ratt vnd lehr /
Abr mach jhn nicht zum erben dein /
Sonſt kumpſtu gwiſs in groſſe pein /
Mit gifft er dich zum ſchnellen tod /
Wird bringen/eh dirs thete nott.

## LXXXI.

### NVLLVM EST TEMPVS
quod iuſtitia uacare debet.

Oderunt ſuperi uera pietate carentem,
Quiq; uel iniuſtus nititur eſſe, uirum

Si placuiſse uelis ſupremo rite Tonanti,
  Nec bene non rebus conſuluiſſe tuis,
Vtere iuſtitia: ſolet hæc ſucceſsibus acta
  Fortunare bonis, utere iuſtitia.

Treib guten handel/ liebe recht/
Du ſeiſt ein Herr gleich/oder Knecht/
Halt dich der billicheit gemeſs/
Das iſt der griff vnd beſt proceſs/
Durch welchm das recht bleibt vngeſchreckt/
Vnd darob Gott gefallen tregt.

## LXXXII.

### NATVRA HOMINVM NO-uitatis auidiſsima eſt.

Magna hominum dubias ſubit admiratio mentes,
  Cur ita fallaci quæq; tenore fluant.
Et licet innumeræ corrumpant omnia fraudes,
  Cauſa tamen quouis cœcutiente latet.
Hic culpam in mores iacit execrabilis æui,
  Ille aliud quoq;, ſe quo tueatur, habet.
At longe propior ratio eſt, nos ſcilicet ipſi,
  Tam ſumus horrendæ fons & origo luis.
Quiſquis es, in propriam defigito lumina mentem,
  Conſpicuuſq; aliquid uix ibi adeſse boni. Conſpicies q;
Nil priſci reſtat decoris, noua plurima ſurgunt,
  Diligit inuenti quiſq; recentis opus.
Hei mihi, quam uario nunc fœmina uirq; paratu
  Se pandunt: faſtum diuitis urget inops.

Spernuntur bona, quæ uiguere prioribus annis,
Sermo nec antiqui temporis ipſe placet.
Credibile eſt ( niſi mox finiti terminus orbis
Approperet ) maius ſurgere poſse nefas.
Tanta eſt cunctarum mutatio friuola rerum,
Sic cadit, & penitus mos uetus ille iacet.
I nunc, & querere innumeras, homo perdite, technas,
Ipſe omnis ſolus fomes & anſa mali.

Furwar es iſt ein ſchendlichs ding/
Das ſo viel newer fünd jtz ſindt/
Die leut ſo ſeltzam ſein gethan/
Ein jeder wil was ſonders han/
Was altersher ein ehre war/
Iſt worden nun ein ſchande gar/
Groſs prang von kleidern ſteiget auff/
Drumb alle wahr wird Tewrers kauff/
Viel vnglücks mehr darauſs entſpringt/
Whe dem der nichts dann news auffbringt.

## LXXXIII.
### QVALIS PRINCEPS, talis populus.

Talis erit populus, qualem conſpexerit eſse,
Cuius ab exemplo ſtatq; caditq;, ducem.
Si bonus is fuerit, bona plebs quoq; facta ſequetur,
Sin alius, fugiet turpe nec illa malum.
Hoſpes ab hoſpitibus quia uiſitur integer æquis,
In male compoſitas it mala turba domus.

Wie ſich die Hern vnd Fürſten ziern/
Des gleich ſich auch die leut regiern/
Sind die regenten ſtil vnd from/
Alſo thun auch jr vnterthon/
Seins aber Buben/treibens ſchand/
Solch gifft beſchmeiſt ein gantzes land/
Dann wie der wirdt ſein handel fürt/
Gar bald man an den geſten ſpürt.

## LXXXIIII.

### VERI ET FALSI AMICI.

Verus amicus is eſt, quem tempeſtate ſuborta,
Pellit ab officio nulla procella pio.
Quiq́, licet currus fracto ruat axe uolutus,
Vſq́ tamen conſtans in ſtatione ſua eſt.
Odi, quos pinguis tantum bene lauta culinæ
Fercula amicorum ad nomen inane trahunt.
Hæc demum fuerit pia conſuetudo, perennis,
Siq́ carens fuco mutuus extet amor.
Turba doloſa fidem ſimulata frangere mente
Quæ nouit, Stygio eſt digna perire lacu.

Den halt ich fur ein trewen freund/
Wer ſtandhafft bleibt/ vnd wird kein feind/
Verkriecht ſich nicht zur zeit der nodt/
Ja ſchewcht auch nicht den bittern todt/

Zu leiden fur dem nechſten ſein/
Rett jn auſs aller qual vnd pein/
Abr ander ſo nur ſüſſe wordt/
Furgeben / vnd ſich wenden fort/
Wens glůckes redlein vmbe ſchlecht /
Acht ich allein fur Bauchknecht.

## LXXXV.

### AMICORVM PARIA

Donec Bruma niues ſparget, ſine fine manebunt
Niſus & Eurialus, nomina fida, ſuper.
Sic Agame in nominis Piladæ coniunctus Oreſtes
Cum cœli ſtellis interiiſſe nequit.
Dic mihi, Damona & Pythiam quæ neſciat ætas?
Semper in æternos uiuet uterqꝫ dies.
Nonne Menætiades, quem fortis es ultus Achille,
Permanet? & tecum ſæcula longa uidet?

Wie Niſcus vnd Eurialus
Sich han geyebt ohn vberdruſs /
Wird man vergeſſen nimmermehr /
Des Pilads lieb vnd ſorge ſchwer /
Dadurch Oreſtes ward geleid /
Vergehen kan zu keiner zeit /
Achilles Menaetiades /
Ein ſteten namen werden han/
So lang Himmel vnd erden ſtahn.

Gerru-

# LXXXVI.

## GARRVLITAS MVLIERVM.

Tela gerit miles, gladios, haſtilia, pinnas,
Bombardaſq; truces, murifragoſq; globos.
Sternitur his, quicquid ualido munimine fixum
Hoſtilis nihili fecerat ante manus.
Fœmina ſed telo quouis damnoſior omni eſt.
Et ſtruit in caſus deteriora feros.
Enſe quidem illa caret, nimis at tonat ore loquaci,
Præliaq; indomita garrulitate ciet.
Nulla ſono uacua eſt, ſtudio irrita fantur eodem
Omnes: fors genus hoc crimina ad iſta ſatum eſt.
Hei mihi, quam uarias muliebris lingua ruinas?
Quam peperit triſti damna dolenda uice?

Kein Kreigsman nie ſo grauſam war /
Alſs wenn ein fraw wird zörnig gar /
Er fürt wol harniſch/buchs vnd ſchwert/
Dafur ſich jederman verfert /
Abr weiber han viel arger wehr /
Böſs meuler / zungen / beiſſen ſcher /
Ihr keine ſtum geboren iſt /
Hüt dich fur jnen zaller friſt.

# LXXXVII.

## XANTIPPE SOCRATIS uxor, omnis moroſitatis exemplar.

Durius

Durius in terris iſto nihil eſſe marito,
Quem coniunx uexat litigioſa, poteſt,
Inter ego Scillam potius, ſæuamq; Charybdim,
Syrtibus in medijs currere puppe uelim:
Quam lecti ſociam duræ ceruicis habere,
Iurgia quæ moueat cotidiana domi.
Beſtia talis erat Socrati moroſa, per omnes,
Cuius adhuc uiuit peſsima fama, plagas.
Credibile eſt ipſam, ſi quando ad prælia uentum eſt,
Ieciſſe in doctum plurima probra uirum.
Leniter; ille tamen mala pertulit omnia, cumq;,
Cur hanc, quæſitus, poſſet habere? foret.
Hac ratione foris patier conuitia diſco,
Si mea me dictis nupta laceſſet, ait.

## LXXXVIII.

### IGNIS, MARE, MVLIER. mala tria.

Sunt tria, quæ totum turbant, mala peſſima, mundum,
Et neglecta nimis plurimum obelse ſolent.
Scilicet ignis, & hinc rapidum mare, Fœmina deinde,
Quæ ſita poſtremo & deteriore loco eſt.
Ignis enim flammis, mare fluctu, fœmina lingua,
Sed mage præ reliquis nititur eſſe nocens.
Illa quidem contenta ſuo non omnibus obſunt
Fine, nec illicite pernicioſa mouent.
Hæc at ubiq; furens ingentes commouet urbes,
Spirat & e labijs prælia, bella, necem

Es ſind drey böſe ding auff erd /
Dadurch die gantz welt wird verkert /

Fewr

Fewr / waſſer / vnd ein böſes weib /
Wo wolt man finden jhres gleich ?
Fewr brennet ſehr / thut groſſen ſchadt
Das waſſer ſchaffet viel vnradt /
Abr doch viel mehr der weiber zung /
Sich breitet auſs / vnd leufft herumb /
Fürt todtſchlag / mord / vnd jamer ein /
Wer kan mir zeigen ſchwerer pein.

## LXXXIX.

### DE VIRO VXOREM ſuam tentante.

Mira locuturo dociles aduertite mentes,
Nuper erat pulchro iuncta puella uiro
Ducitur ergo domum tædæ poſt feſta iugalis,
Coniugis ut uiſat iam noua nupta lares.
Ille fidem, & mores exploraturus amicæ,
(Ignotæ quia adhuc integritatis erat)
Ingentem mactat non dira cæde Moloſſum,
Mactatumq; putri contumulauit humo,
Nec mora, compoſito perculſus corda dolore,
Vxorem affatur, mœſtaq; uerba refert.
O thalami conſors, mea uita, & ſola uoluptas,
Omine quæ læto conſociata mihi es.
Nil tibi, cogit amor, poſſum reticere ſecreti,
Nil habeo, quod non tu quoq; noris idem:
Et quamuis ( dolor heu ) ſcelus ingens, turpeq; dictu
Patrarim, haud ulli quod retuliſſe uelim.

Me tamen & pietas, & dulcis fœdera lecti,
Illius ut coram te loquar acta, mouent.
Sis modo fida mihi, linguæq́ licentior abſit
Garrulitas, fiant ne foris iſta palam.
Deſierat monitis, taciturna ſilentia ſpondet,
Curq́ uiro mulier tale uereris? ait.
Ergo metus expers redit ad mala ficta maritus,
Triſtibus & memorans facta doloſa iocis.
Ante dies, inquit, paucos mihi iurgia forte,
Cum ueſpertino tempore multa daret.
Ex noſtris quidam cano uenerabilis æuo
Ciuibus (is uino pene ſepultus erat)
Ipſe quoq́ ardenti tumidum cor percitus ira,
Obtrunco potum, nocte iubente, ſenem.
Hei mihi, continuo diræ mens conſcia cœdis
Angitur, & linquit frigida membra color.
Quid facerem? uereor, ne quis noſtra ante peremptum
Limina repperiens, cerneret omne nefas.
Idcirco uita caſsum intra tecta cadauer
Pertraho, ſtertebat tota ſopore domus.
Heu opportunum nactus prudente ſepulchrum
Conſilio, terris oſsa premenda loco.
Nemo ſcit hoc facinus, nec quemq́ ſcire uolebam,
Nullibi iam ſiquidem eſt candida tuta fides.
Tu tamen, o mea lux, anima mi charior ipſa,
Sola, quod hæc mihi ſint cuncta patrata, tenes.
Futile quare opus eſt digito frenare labellum,
Me niſi teq́ ſimul perdere ſæua uelis.
Poſtulat illa quidem, uelut ante, fidelis haberi,
Sed fouet in tacito gaudia lœta ſinu.
Scilicet obtulerit ſe iam quod idonea cauſa,
Iratum poſsit qua cohibere uirum.

Ergo

Ergo ſuo uiuit modulo, necꝫ uerbera curat,
Nec quicquam metuit uerba, minaſcꝫ, procax.
Donec ea offenſus petulante libidine coniunx,
Cum ſude, cum duro ſtipite bella gerit.
Protinus exclamat tragica, impia fœmina, uoce,
Et iacit in dominum probra nefanda ſuum.
Tucꝫ, ait indignata, ferox, homicida, ſceleſte,
Mene etiam arcana morte necare paras?
Ceu nuper ferro obtruncaſti corpus inultum,
Aedibus in noſtris quod iacuiſſe ſcio.
Audijt has circum uicinia tota loquelas,
Famacꝫ mox præceps fertur ad iſta forum.
Carceris extemplo miſerum cuſtodia duri
Accipit, & nexa compede crura ſonant.
Nec ſatis hoc: luſtrant tumbam, monumentacꝫ uiſunt,
Occiſum rurſus funus ut inde trahant.
Vt uero glebas patefacta uirago refudit,
Semi putris nudat uiſcera fœda canis,
Mirantur cuncti fraudem, & niſi techna fuiſſet,
Supplitio affectus uir foret iſte graui.
Quiſquis es, infidis animum ne crede puellis,
Commiſſa, ut cribrum, non retinere queunt.

Ein man verſuchen wolt ſein frawen/
Ob jr auch etwas wer zu trawen/
Erdenckt ein liſt/ ſchlecht todt ein hund/
Begrebt jn bald zur ſelben ſtund/
Spricht zu ſeim weib/ ach liebſte mein/
Mir ligt im hertzn ein ſchwere pein/

Welch ich dir nicht verſchweigen kan/
Ich hab zu todt geſchlagn ein Man/
Dort neden indes kellers grund/
Licht er begraben / halt dein mund /
Schweig ſtil / bey leib ſolchs niemand ſag /
Ich komme ſunſt in groſse plag /
Nicht lange darnach das weib ward frech/
Mutwillig / ſtoltz / verſthe mich recht /
Drumb fur der Man mit knuttlen zu /
Blaut jhr den rucken / hat kein rhu/
Meint wolt ſie wider machen zahm /
Da fing ſie ſehr zu ſchreien an /
Du mörder groſs / was zeichſtu dich?
Meinſt zwar wolſt auch vmbringen mich /
Am negſten wie du haſt gethan /
Demſelben guten alten Man /
Welchen du haſt ins kellers loch /
Geſchlept ohn fug / vnd all vrſoch /
Nein trawn / es geht dir nimmer an /
Du ſolt mich woll zu frieden lan /
Was ſol ich ſagn? was har ich lang /
Der man ſtelt ſich als wurd jhm bang /
Sein nachpaurn hortens alzumall/
Im wurd bereit ein ſchwere quall /

Muſt

Muſt ins gefengnis krichen bald /
Der Richter braucht auch ſein gewalt /
Ghet in das hauſs / beſicht das grab /
Al erd ſie dauon werffen ab /
Biſs endtlich ein verfaulter hund /
Befunden wart / gar bald verſchwund /
Dem gfangen al ſein ſchmertz vnd leid /
Vnd ward jhm geben kurtz beſcheidt /
Das er ſolt gehen leddich loſs /
Was jm geliebt nach ſeiner ſtroſs /
Vnd ſeinem weib nicht gleube mehr /
Ein jeder nem hierauſs die lehr /
Was er nur wil verſchwigen habn /
Das er ſolchs keinem weibe ſag /

## XC.

NON EST OPVLENTIA
multa poſsidere, ſed paucis
recte uti.

Nō minor eſt vir-
tus quā quærere par-
ta tueri

Quid loca? quid fundos iactas opulenta feraces?
  Quid plenos loculos? tecta quid ampla refers?
Sufficere an ne putas argenti, auriue talenta,
  Nominis & tituli ad dona beata boni.
Falleris, iſta quidem per ſe mala copia non eſt,
  At cito dedecorat turpis abuſus opes,
Nil moror innumeri congeſtos æris aceruos,
  Si non & mores conuenienter eant.

Et niſi diuino procedant quælibet actu,
Plurima tale ſolet gignere damna chaos,
Multo igitur ſacius fuerit bona pauca tenere,
Dum recto, quod habes, ſtet uigeatq; modo:
Quam ſi diuitijs fœlix, & opimus abundes,
Cum tamen inuerſo res tua fine cadat.

Den halt ich nicht fur groſs vnd reich/
Vnd wer er auch dem Keiſer gleich/
Wer viel hat/vnd legts vbel an/
Verpraſts allein mit leddig ghan/
Viel ſeliger iſt ein armer knecht/
Der weinig hat/gebrauchtes recht/
Vnd bleibt jn ſeinem ſtand mit vleiſs/
Dem wird Gott geben ehr vnd preiſs.

# XCI.

## LEGITIMVS DIVITIA rum uſus.

Pauperior quouis Iro eſt, quem ſorte facultas,
Ditatum pingui, non docuiſse poteſt.
Qualiter oblatis opibus bene debeat uti,
Scilicet hæc multum cura laboris habet.
Inſpice præſentis uaniſsima tempora ſæcli,
Nummoſiq; uide crimina fœda gregis.
Longe alio certe ſubſtantia tramite diues,
Quam nunc conficitur, conficiunda fuit.
Si quibus acceſsit pleno benedictio fonte,
Ingrataq; carens peſtilitate penu.

Luxuri-

Luxuriant ſubito, geniumq́ʒ gulamq́ʒ uoracem
Immodicos cyathos euacuando replent.
Nemo ſed interea, comedant, quid curat, egeni,
Forte etiam placet hos interiiſse ſame.
Interiiſse fame? quos Chriſtus morte redemit,
Hei mihi, cur audes tantum opulente ſcelus?
Ventre ſaginato cœleſtia numina credis,
Gaudere? inferni Principis illud opus.
Non, ceu rere, Deus præſtat tibi talia ſoli
Commoda: multi huius largitionis egent.
Sunt tibi cognati, quos languida torquet egeſtas.
His quoq́ʒ theſauri portio danda tui eſt.
Deinde pia innumeris Eccleſia quaſſa procellis,
Et iacet ante tuas Lazarus ille fores.
Nunc deſunt VERBI potuſq́ʒ, cibuſq́ʒ miniſtris.
Nunc alio premitur celſa cathedra malo.
En periere ſitu, pubis documenta, paleſtræ,
Torpet in euerſis ars precioſa Scholis.
Omnibus hiſce tuum fuerit ſuccurrere munus,
Aſsere, ſi poteris, ſtantia, preſſa leua.

Beſchert dir Gott ein zimlichs geld/
Solts nicht verbringn wie dirs gefelt/
Mit freſſen/ſauffen/ſchwelgen frey/
Als ob dirs darumb geben ſey/
Dein freunden auch etwas zuwend/
In jrem armut vnd elend/
Kirch/Schuldiener dauon erhalt/
So kümpt der ſegen mannichfalt/

Vnd

Vnd wird des guts noch eins ſo viel/
Das laſs mir ſein ein redtlichs ſpiel.

## XCII.

### MVSAE FRIGENT.

lib. 3. Regum, cap. 10

Dicitur ad Solymos Arabum regina penates
Veniſſe, immenſas & ſuperaſſe uias.
Vt tua conſpiceret Solomon prudentia facta,
Ingenium ſapiens, ingeniumqꝫ pium.
Nunc at ubiqꝫ fores cum docta ſcientia pulſat,
Præſentis uidet heu commoda nemo boni.
Scilicet ob curas, quibus addiſcenda, moleſtas,
Exulat omnigenis ars ueneranda locis.

Die heilge ſtatt Jeruſalem/
Sehr weit von Reich Arabien /
Gelegen war / dannoch dahin /
Gezogen kam die konningin /
Zu ſehen Salmonis wiſsheit groſs/
Darumb jhr ſolch reiſs nicht verdroſs/
Abr nun die kunſt ſtehet fur der thůr /
Gahr keiner iſt der ſolchs ſpůr /
Es wil ſie neimand laſſen ein/
Drumb bleibt die Jůgent all gemein /
Grob vnuerſtendig / wilt vnd krauſs /
Weis nicht was noch wil werden drauſs.

# XCIII.

## ZOYLVS.

Omnibus inuidiæ rabies dominatur in oris,
Denteq; non æquo Muſica ſcripta petit.
Siue adeas terras, ubi prodit Phæbus Eoas,
Siue etiam Heſperias, ſe quibus abdit, aquas
Seu modo Threicium Boream, ſeptemue Triones,
Seu luſtres tepido ſubdita regna Noto.
Non tamen effugies mordens, ceu uipera, ſcomma,
Nec miſer a Critici fulmine tutus eris.
Quippe Cauillantum ſtimulos, & uirus acerbum,
Orbis habebit, erunt dum ſua ſigna ſuper.

Ein helſche plag furwar das iſt/
So bald man newe Bůcher liſt/
Der neider kumpt dahinden her/
Verdampt ſie fluchs/ verſpricht ſie ſehr/
Jch gleub auch wenn man ſich verkroch/
Jn frembde land/ ſo wird er doch/
Nicht bleiben auſs/ noch ſaumen lang/
Er hat zumal ein hohe ſtang/
Damit er durch die gantze welt/
Kan reichen/ wens jhm wolgefelt/
Wird auch nicht eh zu friden ſein/
Biſs Son vnd Mon jhrn hellen ſchein
Verlieren/ biſs des Himmels lauff/
Sampt dieſer welt würdt hören auff.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0073-1

## MODICVS ET TEMPERATVS cibus & carni, & animæ, utilis eſt.

Dogmata Pythagoræ ſtomacho prohibentia carnes,
Ludibrio quis non luxurioſus habet?
At certe noſtro foret iſta perutilis æuo?
Sanctio, carniuorus motat ubi arma furor.
Non quod ea ante Deum lex quemq́ crimine damnet,
Sed propter frugis commoda multa bonæ.
Quis neget? in primis animæ nocuiſſe ſaluti,
Immodico nimium corda grauata cibo.
Hinc maleſuada oritur torpentis inertia uitæ,
Et ſecum uitij pabula multa trahit.
Fortiter atcontra prauis affectibus obſtat,
Sufficiens uictus ſufficiensq́ modus.

Leb meſſig beid mit Speis vnd Tranck /
So wirſtu ſelden werden Kranck /
Dein ſehl auch kan zu friden ſein /
Jhr ampt alſs denn beſtellen fein /
Do ſunſt durch vnmas wird verſtopfft /
All Luſt vnd lieb / mit vollem kropff /
Dein gbet nicht kanſt auſſprechen recht /
Die faulheit iſt des teufels knecht /
Verhindert witz vnd ſinn darzu /
Das man ſich zieret wie ein khu /
Nichts guts gedenck / nichts guts auſsricht /
Drumb zwing dein Bauch leb meſſig.

SEMPER

# XCV.

## SEMPER VOLVPTAS famem ſui habet.

Qui ſemel in luxu ſuadente libidine uixit,
Haud facile inceptum linquere quibit iter.
Aſpicis, ut fugiat uiſi puer ora magiſtri,
Subtractus ferulis qui modo liber agit.
Nempe ſui poſt ſe, nunquam ſacianda uoluptas,
Indomitam turpi gignit amore famem.

Wer ein mal mit der wolluſt ſtrick
Gefangen iſt / den ſuſſen blick /
Nicht vbergeben kan behendt /
Alzeit ſein hertz jm darnach ſehndt /
Das ſiht man an den Buben woll /
Zur ſchul ſo man ſie bringen ſol /
Wens eins darauſs entlauffen ſein /
Ohn zwang ſie nicht gehn wider nein /
Ja bleiben auch gantz daruan / wie
Solch böſs gifft richt die wolluſt an.

# XCVI.

## NEMO SE MVTAT, QVI ſe mutari deſperat.

Proditor ætherei cur ſaluatoris Iudas,
Crimina deſperet propter iniqua, rogas?
Cum tamen & Petri Dominum ter lingua negarit,
Ante ſuum gallus quam repetiſſet opus.

Aequa utriusq; quidem, fuit & grauis utraq; culpa.
Illius at ueniam mens petiiſſe nequit.
Strangulat idcirco contortus guttura funis,
Et capit immundum uiſcera rupta ſolum.
Mens mala natura manet immutabilis, & non
Dirigit acta bonos ad meliora gradus.

Judas verkaufft den Meiſter ſein/
Petrus dorfft jn verleuchnen fein/
Noch ward er wider zu geſtat/
Abr jenner bleib in vngenadt/
Das macht/das er nicht glauben kund/
CHriſtus würd auch fur ſeine ſund/
Nun ſterben/vnd ſich opffern auff/
Dem Vater zum gar ſüſſen rauch/
Drumb henckt er ſich/vnd ſpranck in zwey/
Simon ward ſeiner miſsthat frey.

## XCVII.

DIABOLI MINISTER ALIVD lingua loquitur, aliud corde meditatur.

Nonne uides linguas ſerpentibus eſſe triſulcas?
Vaſra quibus diro ſibila in ore cient.
Namq; Erebi rector ſub imagine quando Draconis
Falleret Euæ animum, palpo bilinguis erat.
Hinc etiam Ditis labio ſimulante miniſter,
Nil niſi blanda poteſt, fictaq; uerba loqui.

Mit

Mit falſcher zung / vnd worten klug /
Die helſche Schlang Euam betrug /
Daher auch alle ſeine Knecht /
Vnd die ſich jm ergeben ſchlecht /
Die leut mit jhrem Munde thürn /
Im hertzen gifft vnd galle fürn.

## XCVIII.

### VERMIS DIVICIArum ſuperbia

Candida ſimplicitas læthalis neſcia faſtus,
Et magnæ haud una in ſede morantur opes.
Fida comes manet his tumefacta ſuperbia ſemper,
Regales criſtas diues & omnis habet.
Pone animos, & eris uere ſuper omnia fœlix,
Turgida cui nummis cunque crumena domi eſt.

Groſs gut / vnd demut vneins ſind /
Beinander man ſie ſelten find /
Kein reicher menſch on hoffart iſt /
Des Teuffels wurm jn nagt / vnd friſt /
Leg von dir hochmut / pracht vnd ſioltz /
So kanſtu brauchen deines goltz /
Ohn alle ſünd vnd miſſetadt /
Wie Gotts wort ſolchs beuolen hat /

## XCIX.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0077-4

Verus amor quid ſit, uel qui proceſſus amoris,
Quiſquis ſcire uoles, hæc mea ſcripta legas.
Dilige præ cunctis rebus, uenerare, celebra,
Qui te, qui cœli condidit aſtra, DEVM.
Hinc etiam obſequio, qui te genuere parentes,
(Proximaq; hæc tibi ſit cura) iuuato piũm
Prolem, ſi qua tibi fuerit conceſſa, deinceps
Cuſtodi, enutri, paſce, tuere, foue.

## C.

### OMNIVM HOMINVM officium ex S. Paulo Apoſtolo

Prima Deo pietas, honor, & reuerentia ſummo
Debetur, colat hunc cum iuniore ſenex.
Hinc quoq; quiſq; ſuum ceu propria uiſcera fratrem
Diligat, ipſius proq; ſalute roget.

Fur allen dingen ehre Gott/
Leb nach ſeim wiln/ halt ſein gebodt/
Deins nechſten ſeligkeit/ vnd heil/
Laſs dir teglich beuohlen ſein/
Wie dich ſelbſt lieb jn/ fur jn bitt/
Damit er werd verdammet nit/
Jn dieſen zwen Mandaten ſteht/
Das gantz Geſetz vnd all Prophetn.

## CI.

MELIVS EST HVMILE CON-
iugium, quam ſuperba uirginitas.

Virgo ſuos nimium iactat ueſtalis honores,
Inq; ſtatum precio uirginitatis habet.
At certe præſtat, ſi fœmina, uirq; pudice,
Legitimi ſeruent iura ſacrata thori.
Cœlibis innocuos quam uitæ oſtendere cultus.
Vtpote hypocriticæ relligionis opus.

# CII.

## CIBORVM ABSTINENTIA.

Qui uano obſeruant ieiunia friuola ritu,
Non minus at uitijs pectora ſerua gerunt:
Tartareos reges, illorum & cuncta uidentur
Facta ſequi, tali quod ratione probo.
Nam neq; multiplices affectant dæmones eſcas,
Culpa eadem tamen his, quæ fuit ante, manet.

Leut die nur ſein mit faſten frum/
Abr ſunſt mit ſünden ſtets gehn vm/
Des teuffels weiſs nachfolgen gar/
Welchr auch keiner ſpeiſs nimet war/
Iſt aber drumb deſt heiliger nicht/
Bleibt ſtets ein ſchalck/ vnd Böſewicht.

# CIII.

## ABSTINENTIA SANI-
tatis mater.

Con-

Corporibus prodeſt moderatio ſobria multum,
Omnis ei ut matri cura ſalutis ineſt.
Præparat aſt iter ad mortem uitioſa uoluptas,
Et rumpit ſpacij ſtamina firma ſui.
Illa quidem euexit ſeros te Neſtor in annos,
Fine ſed hac propero Sardanapalus obit.

Was machts das Neſtor lebet lang/
Abr Sardnapalus bald umkam?
Die meſsigkeit ſchickt ſolchs alſo/
Wer alt wil werden hüt ſich ſo/
Fur uberflüſſig ſpeiſs und Tranck/
Hernach ers mir wird wiſſen danck.

## CIIII.

### PLENVS VENTER NON gignit ſenſum tetuem.

Si nimis intendat citharedus pectine chordas,
Aut nihil, aut modicum barbita uocis habent.
Sic quoq; corporeæ pleniſsima pondera molis,
Ingenij obturant organa quæq; boni.
Ergo quid incaſſum, & fruſtra, ſtudioſe labores?
Dum plenus ſtomachus, dum cibus ora tenet.

Gleich wie die harff nicht lauten kan/
Wenn man die ſeitn zeucht alſo ſtram/
Alſo kein knab was guts ſtudiert/
Wenn jm der Bauch zu dicke wird/

Der

Odr wenn er ſich zum vberfluſs /
Beledt mit alzu vieler koſt /
Vergeblich iſt all muh vnd vleiſs /
Wo nicht jhr maſs hat zimlich ſpeiſs.

## CV.

### IN DETESTATIOnem Ebrietatis.

Quali erat effigie diſtenta Bimatris Iacchi,
In ſibi ſacratis reddita imago locis:
Tale etiam eſt monſtrum, cerebri, mentiſq; Tyrannus
Ebrietas, eadem hanc atq; figura decet.
Nec mirum, autorem uino rorante madentem,
Si ſequitur domini fida miniſtra ſui,
Turgida corporea eſt moles, repletus in imis,
Hæret uter genibus, cruraq; pene tegit.
Haud ſecus, ac ſtipulę ſicco furibunda palato
Vritur, atq; ſitim uix cohibere poteſt.
Nam licet inflatæ putreſcant undiq; uenæ,
In tremula tamen eſt amphora trita manu.
In pedibus papulæ ardentes, tumidusq; podagram,
Poples habet, ſuras puſtula multa uorat.
Candida natiuum labia amiſere colorem,
Quolibet os buxo pallidiusq; gerit.
Inſtar aluminex ſtillantia lumina uitis,
Promiſſas fœdant rore calente genas.
I nunc, ingluuiem exerce impiger helluo turpem,
Suſcepti merces iſta laboris erit.

## CVI.

## DVODECIM ABVSIONES ſæculi ex Diuo Auguſtino.

Bis ſex uita modis corrumpitur integra, primo,
Cum ſapiens operum totus honore caret.
Qui data ſub terram condit ſtimulante talenta
Segnitie, o ſummo res male grata patri.
Relligione ſenex quando ſine uiuit, & ætas
Ceruicis duræ ſi puerilis erit.
Diues ubi nihil expendit, corda impia claudens
Aduerſus fratris uota preceſq; ſui.
Virgo pudicitiæ formam cum polluit auro,
Fœminaq; impuro gaudet adulterio.
Expers uirtutis dominus ſi cuncta prophanat,
Aſpera Chriſticolæ iurgia quando mouent.
Tum quoties ſumit tumefactus cornua pauper,
Iuſtitiamq; odio rex ubi iniquus habet.
Diſciplina etiam populum ſi nulla coercet,
Nec frenant leges uulgus inane ſacræ.
Terrarum his totus uitijs pleniſsimus orbis,
Robore paulatim deficiente, cadet.

Zwölff ſtück der welt ſehr ſchedlich ſein/
Vnd füren manchs ergernuſs ein/
Wenn weiſe leut jr pfund vergrabn/
Odr brauchen nicht der reichen gabn/
Welch jn von Gott gegeben ſind/
Zu lehren vieler menſchen kind/
Wenn alte leut zur kirch nicht gehn/
Die Jugent nicht mehr acht der peen/

Zum

Zum vierden ſo des reichen hertz/
Kan anſehn ſeines negſten ſchmertz/
Vnd jm kein hülff / kein troſt beweiſt/
Wenn Jungfrawſchafft mit ſchand beſchmeiſt/
Der weiber ehr gantz bleibet auſs/
Wenn Hern vnd Frawn nit ſchickn jhr hauſs /
So Chriſten vnter ſich im zanck
Thun leben/wenn die lieb iſt kranck/
Wo ſich ein armer man bleſt auff/
Vom Fürſten ſo dem recht ſein lauff/
Verhindert wird / ohn alle zucht/
Wens volck nur tobet/wüt/vnd flucht/
Als leider Jtzund viel geſchicht/
Drum eilt auch Gott bald zum gericht.

## CVII.

### DE APPELLATIONE AVARI.

Vnde auido factum ſit nomen quæris auaro?
Curue ita lucriuoros lingua latina uocet?
Vox ea ſi neſcis, ab auet deducitur, atq;
Naturam cupidi rite probeq; notat.
Quo plus namq; tenet, tanto plus appetit, inſtar
Ignis, & expleri quod nequit uſq;, maris.

## CVIII.

### FVCVS MVLIERVM.

Cur faciem turpi exornent muliebria fuco
Agmina, ne maneat, qui fuit ante, color.
Si cognoſſe uelis: ratio hæc eſt, unius omnes
In ſimili effigiem ducimus ore DEI.
Fœmineo hæc odio eſt generi uulgaris imago,
Forma recens illis, nec niſi culta placet.

## CIX.

### MVSICA LVXVRIANS

Gratior eſt ſuperis latratus & alta canum uox,
Mugitusq; boum, raucaq; lingua ſuum.
Quam mala laſciuo deducere carmina plectro,
Pangere & ad Veneris pabula turpe melos.

Des hundes beln / Der ſchweine ſchrein /
Im himmel Gott viel lieber ſein /
Dann wenn man plerret ohn verſtand /
Odr ſingt ſunſt von ſünd / vnd ſchand.

## CX.

### AVXILIVM.

Lapſus erat putei quondam mendicus in undas,
Nec potuit fractos inde referre pedes.
Donec aquas ueniens ad eaſdam ruſticus, illi
Diceret, intraſti huc quomodo amice precor?
Ipſe ſed, hei mihi, ait, cur quæris talia demens?
Cum uideas animæ mi ſupereſſe parum.
Quin agis hoc potius, mihi qua ratione paludis,
Sordibus extracto, crura, caputq; laues.

HVMI-

## CXI.

### HVMILITAS.

Quis ſatis extollat demiſſæ uberrima mentis,
Commoda ? quis faſtus damna referre queat ?
Illa hominem angelicis ſimilem facit eſſe miniſtris,
Hic regna inflatos trudit ad ima uiros.

Viel nutzes demut mit ſich bringt /
Auſs hoffart jamer / nod entſpringt /
Demut macht vns den Englen gleich /
Hofart verdammet ſeel vnd leib.

## CXII.

### QVATENVS ODISSE homines debeamus.

Nemo ſuæ compos rationis habebitur unquam,
Humano infenſus qui capiti eſſe nequit.
Ipſa horribilibus certe eſt ſubſtantia noxis,
Diſcernenda, odio plaſma habuiſſe caue.
Corpus ama, quoniam hoc diuinæ mentis origo eſt,
Crimina perſequere, hæc ſunt tua pluto mala.

## CXIII.

### LIBERALITAS.

Scire ne uis, quando precioſa pecunia res ſit,
Criminis & ſecum quando alimenta trahat;
Cum manet in loculis, & nulli ſeruit egeno,
Coram ſummo ingens eſt anathema DEO.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0085-8

At placet, & gratum de ſe quaſi ſpirat odorem,
Cum datur in miſeras diſtribuenda manus.

## CXIIII.

### AVARVS DIVES.

Supplicij poena, non cenſu eſt diues auarus,
Tempora qui placidæ nulla quietis habet.

Mehr ſorg dann gelt derſelbig hat/
Wer ſeines geitzes weiſs kein radt/
Stets vmher leufft hat wenig rhu/
Den langen tag / die nacht dazu.

### AD SVPERIVS DICTVM de liberalitate.

Der Her ein grewel darob hat/
Wer ſeines geldes weiſs kein radt/
Leſts ligen in der kiſten ſtil/
Brauchts nicht nach Gottes wort vnd wiln/
Abr kümpt es in des armen hand/
So wird es recht wol angewandt.

## CXV.

### AMORIS VEHEMENTIA.

Quanta ſit indomiti uis, quantum robur amoris,
Samſon & illius cognita lucta docet.

Suffo-

Suffocare quidem potuit diducta leonis
Guttura, ſed nequijt te ſuperare Venus.
Vincla inimicorum rupit fallacia, ſed non
Diſſoluit nexus ſæue Cupido tuos.
Hoſtiles etiam meſſes, Cereremq; dolentem
Suppoſito iunctis uulpibus igne cremat.
Vritur ipſe tamen, flammiſq; immitibus ardet,
Et tibi dat meſſes Dædila uaſra ſuas.

Wie groſs ſterck hab der liebe pein /
Samſons geſchicht vns zeiget fein /
Des lewens rachen er zureiſs /
Noch blieb er wund / vnd ward nicht weiſs /
Der feinde band jm warn zu ſchwach /
Böſs luſt benam jm al ſein macht /
Mit fewr das korn er zündet an /
Es muſt ſich fürchten jederman /
Doch zwang jn noch zu letz ein weib /
Vnd bracht jn vm ſein jungen leib /

## CXVI.
## VXOR PAVPER ET DIVES.

Cerne precor, quantas ſacra connubialia curas
Quamq; ferant pacto triſtia damna ſuo.
Si tibi nupta datur, cenſu ſine diuite, egena,
Quo poteris illam teq; aluiſſe modo?
Si locuples autem thalamos intrarit amicos,
Intolerabilius dixeris eſſe nihil.

Iam-

Iamdudum foret hæc pulchre data dextra puellæ,
Semper at hiſce fui territus inde minis.

## CXVII.
### EX GRECO THEOGNIDIS.

Ἐν ᾗ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ ἀρετή 'στι,
πᾶσ δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθὸς κύρνε δίκαιος, ἐών.
Cuncta iniuſtitiæ conſiſtit numine uirtus,
Et quicunq; bonus iuſtus & ille uir eſt.

## CXVIII.
### MANVM ADMOVENS numina inuocato.

Ligna domum plauſtro non pauca uehebat onuſto
Ruſticus, arceret queis hiemale gelu.
Vix miſer exierat ſyluis, cum fracta labore
Reſtitit in medio merſa quadriga luto.
Inſpicit ille ſuam turbato pectore cladem,
Sudor anhelantes perluit æger equos.
Sed mouiſſe loco nequeunt currumq;, rotasq;,
Fixa magis cœno pondera uecta cadunt.
Axibus inniti demens potuiſſet, & alta
Mole leuare graui ſtercora fortis erat.
At cohibere manus putat, inuocat ergo,
Mœſtus in auxilium uoce rogante Deos.
Iupiter & reliqui non exaudire uocantem,
Solus Atlantiades cum miſeratus ait:
Stulte, quid his ſuperos precibus ſine fine moleſtas?
Truncus, iners, piger & non bene uota facit.
Ipſe adhibe digitos operi, & tunc numina poſce,
Cœlicolis odio deſidia eſſe ſolet.

ARDVA

## ARDVA PRECATIO.

Matris Alidaliæ celebrabant feſta Quirites
Annua, queis autor conditor urbis erat.
Turba coronatas collecta fluebat ad aras,
Romuleos capiunt templa decora uiros.
Ipſe ſoliturus veneri libamina Cæſar
Stipatus procerum ſana cohorte petit.
Cum ſubito uates occurrit græculus illis,
(Pauper erat tenui de patre natus homo,)
Carmina is exiguæ non multa notata papyro
Obtulit, ut precium tolleret inde, duci.
At nihil obtinuit,·cito namq; reflectere uultum,
Auguſtus, quaſi non cerneret iſta, parens.
Quid faceret ſpretus? quoue ore rediret ad ipſum?
Hei mihi, pauperies quam graue crimen habet?
Hæc iuueni ingenium ſtimulante reſuſcitat audax
Sorte mala, ut uacuus quæq; pudoris agat.
Iamq; ſacris repetunt ſua quiſq; habitacla peractis,
Ipſe quoq; imperij rector abire domum.
Rurſus adeſt, uerſusq; ſuæ monſtrare Thaliæ
Audet, & hæc tandem uerba poeta facit.
Accipe nunc, modo quos auerſabare labores,
O princeps animo diuitijsq; potens.
Non tibi difficile eſt phœbæia caſtra ſecuto
Subueuiſſe aliqua, res ita poſcit, ope.
Dixerat: ille parum lœto (mirabile) uultu,
Sordida,ut,hac fugiat,nomina, lege, capit.
Nec mora, par paribus ceu forte rependere uellet,
E ſuo & ipſe trahit carmina pauca ſinu.

Magna loquor: uidet hic ſua damna, & mutua ſumit
Dona, relaturus præmia parua quidem.
Cuncta tamen uacuat marſupia, & undiꝗ merces
Quæritur, anne auri pondo ibi adeſſe putas??
Tandem obulos ſaltem lacerata crumenula binos
Reddit, honorato danda talenta uiro.
Plura, tibiꝗ (ait) offerrem, mea at arcula nummos
Perdidit, hunc uolui ad dum properare locum.
Nouerat ille iocos, rubor & pudibunda notauit
Ora, ſibi melius iam fore ſentit inops.
Victus enim uoto pius improbiore Monarcha
Amplius auxilium uon renuiſſe poteſt.
Si quid habere uelis, inſtandum eſt, ipſe Deorum
Arbiter absꝗ precum nil dare uoce ſolet.

# CXX.

## GVLA.

Eſt Deus, & terræ loca poſſidet omnia uenter,
Sed Deus in cœlis nil tenet iſte loci.
Templum habet, at templi ſpeciem fumoſa culina
Suſtinet, hæc domus eſt, heic habitare ſolet.
Menſa aræ officium ſubijt, ſtant bucera circum
Armenta, agni, & oues, ſetigeriꝗ ſues.
Scilicet ut repleant diſſectis carnibus ollas,
Et ſaturent auidi uiſcera lata Dei.
Tale gula eſt numen, non una quod hoſtia placat,
Verum aliud quo non eſt mage in orbe uorax.

# CXXI.

## BELLVM.

Bella

Bella cruenta tonant noſtro, ſine fine, ſub orbe,
Horrendoſq; edit buccina rauca ſonos.
Pax obducta ſitu uultus abſcondit amicos,
Et migrat hirſutos ad male ſpreta Getas.

Krieg/vnfrid/blutuergieſſen/groſs/
Gantz ſehr im ſchwang gehn vber maſs/
Frid auſs dem land iſt weg geiagt/
Nach einthracht man ſehr wenig fragt/
Die Türcken auch ſchier einiger ſind/
Dann wir Chriſten vnd Gotts kind.

## CXXII.

### EX CHRISOSTOMI VERBIS ſuper Epiſtolam ad Hebræos Sermone 25.

Spernito diuitias, & eris locupletior omni
Diuite, perpetuo nomina magna fuge.
Sic tibi ceu plenis accreſcet gloria riuis,
Contingetq; tibi mens tua quicquid auet.
Temne inimicorum ludibria, ſcommata, pœnas,
Leniter iſta ferens mox ſuperabis eos.
Ocia uitabis ſemper mala, namq; ita ſeſe
Sponte ſua oſtendet pax tibi &, alma quies.

## CXXIII.

### LARGITIONIS MODVS obſeruandus eſt.

Pingue nimis munus danti officit, accipientem
Sæpius afflicta ſorte redire iubet.
Ergo reuertenti, tua erit ſi curta facultas,
Quid dabis? an uero res aliena placet?
Quippe, ubi reſtabit nihil amplius, unde in amicum
Sis largus, ſequier furta doloſa placent.

Nicht mehr deim freund ſolt teilen mit/
Dann was dir bringet ſchaden nit/
Wer vber ſein vermügen gibt/
Zu letz muſs werden ſelb ein dieb.

## CXXIIII.

### AVGIAE REGIS BOVILIA.

Mira locuturo credenda poemata uatum,
Et ſolidam tribuet fama uetuſta fidem.
Hæcſequidem Augiæ tam lata bouilia regi,
Atq; fuiſſe olim tam ſtabula alta refert.
Vt (res mira) boum caperent tria millia, mendax,
Heic ſcelus, & nugas quis latitare neget?
Adde, quod & nunquam licet ætas creſceret illi
Serior, a putri ſint reparata ſimo.
Donec ad has domitor monſtrorum rege perempto,
Amphitrioniades dicitur iſſe plagas,
Neſcio quid ſpacij ſtabulo huic inſumpſerit heros,
Quoue cloaca ſit hæc exonerata modo.
Hoc ſcio, quod reliquis quoq; cura laboribus iſta,
Illius acceſſit, non opus ergo leue eſt.

## CXXV.

DOMI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0092-0

DOMINVS REGIT, ET
cuſtodit ciuitates.

Mœnia diuino non ædificata labore,
Mox caſura diu nullibi ſtare queunt,
Mœnia diuino non cuſtodita fauore,
Non belli a damnis ſalua manere queunt.

Wo Gott nicht bawet ſtedt vnd Maur/
Verloren iſt all arbeit ſawr/
Wo Gott nicht ſchützet/ land/ vnd leut/
Was giſtern ſtund/ wird fallen heut.

## CXXVI.

QVOD QVISQVE VIDIT ET
expertus eſt melius narrare poteſt.

Prælia nemo canet uena uberiore cruenta,
Hoſtiles quam qui uiderit ipſe manus.
Caſtra Dionææ, nati, & ſua tela ſagittas,
Haud facie quiſquam lucidiore dabit:
Illecebras quam qui ſtimuloſq; expertus amoris,
Huius militiæ ſigna ſecutus erit.

## CXXVII.

DE PVERORVM PROFECTV.

Omnimoda pueri ratione imitantur agrorum,
Culturam, & cereris munera legiferæ.
Nonne prius pingui ſaturanda ſimo eſt tibi tellus?
Vomere nonne prius ſinditur omne ſolum?
Debita quam ſubter poſsis bene condere ſulcos,
Pondere raſtrorum grana premenda graui.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0093-6

Improbus atra labor ſi mollit dura, uirebunt,
Tanget & optatum mens ſtudioſa ſcopum
Terra manet ſterilis, quam non domuere iuuenci,
Arte carens animus nil niſi uana parit.
Omnis mutiliter marcet uigor illius, & quod
Pigritiæ occumbit ſtat ſine honore decus.

Sol wachſen auff dem acker korn /
So muſs man pflügen / düngen vorn /
Des gleich ſoll etwas guts dein kind
Studiern / muſs lernen gantz geſchwindt /
Geſchicht kein ernſt / kein fleiſs dar bey /
So wirdts alles verloren ſein.

## CXXVIII.
### BENEFICIVM ET INGRATITVDO.

Pulchrum eſt, obſequia alterius prætendere poſſe,
Vtilitatis ab his ſi quid adeptus habes.
Turpe ſed haud æqua potis es ſi reddere lance
Quælibet, & precio cuncta referre pari;
m Turpe eſt nigrati uitioſum nomen habere,
Quiqꝫ etiam inuitus cogeris eſſe nocens.

## CXXIX.
### BENEFICIVM CARMINVM.

En recidunt anni, fugit & ſpacium breue lucis,
Iamqꝫ aderit uacuo mors truculenta uitro.
Quid tibi tunc cenſus, loculis ue pecunia clauſis
Proderit? aut ampli, menſa, focusqꝫ, laris?

Non

Non minus in cineres totus redigere caducos,
Teq; infernali cymba palude trahet.
Poſt obitum ſed quo quaſi concelebrere ſuperſtes,
Funeris & læthi neſcia Muſa dabit.
Hæc tibi ſi ſtruet exequias, licet ignibus uſtus
Supremis, cernes ſæcula longe tamen.
Immortalis eris, dum uer comitabitur æſtas,
Pomiferum Autumnum dumq; ſequetur hyems.

## CXXX.

### PVERILIA STVDIA.

Non bene Gradiui Mauortia ſuſtinet arma,
Pubeſcens uiridi mobilitate puer.
Ille tamen manibus ualidam quaſſiſſe tenellis
Haſtam amat, & luſu prælia ficta refert.

## CXXXI.

### PARVA CVM MAGNIS non ſunt conperanda.

Certe haud inficias quiſquam ibit in arbore plura,
Quam frutice, æſtiuum poma creare iubar.
Illa ſuos fructus curuataq; brachia pandit,
Huius humi frondes & coma rara iacent.

## CXXXII.

### DEVS NON EST AV-tor mortis.

Latifluum Oceanum, tellurem, & Olympica regna,
Alituum, pecudum, reptiliumq; genus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0095-8

Et quæcunq; tuo iubari ſunt cognita Titan;
Nos etiam rerum condidit ille ſator.
Nulla ſed horrendæ legitur pallentia mortis
Pandentis rictus membra creaſſe feros.
Ergo nec ut pereant uiuentum corpora gaudet,
Imo omnes ſaluos, & ſupereſſe cupit.

## CXXXIII.

### HVMANE VITAE BREVITAS.

Nulla mora in terris cuiquam, ſumus inſtar aquoſæ
Nubis, & hac ſi quid uanius eſſe poteſt.
Labimur, ut nebulæ radijs ſolaribus humor
Cedit, ubi ardores incaluere nimis.
Crede mihi, non tam ſubito leuis umbra recedit,
Cum latitat phœbi, nube tegente, iubar.
Quam cito mortalis tacite præterfluit ætas,
Quam cito adeſt uacua parca ſeuera colo.

## CXXXIIII.

### IMPIORVM IN HAC VITA uoces, & blaſphemiæ.

Ergo age delitijs omnes, ſtudioq; fruamur
Quiſq; ſuo, præſens copia donec adeſt.
Dum datur, & uernos etiam nunc edimus annos.
Nemo ſuo ceſſet luxuriare modo.
Quid nos ſobrietas teneat mœſtiſsima? lætos
Eſſe facit Bromius, triſtitiamq; fugat.
Stent ſaliente mero pleniſsima pocula, odorem
Reddat aroma foris, reddat aroma domi.
Flore iuuentutis ridendum eſt, namq; repente
Gaudia purpurei ueris abire ſolent.

Texit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0096-4

Texite ſerta manum rutilos cinctura capillos,
Iam roſa, iam perdent lilia pulchra decus.
Indulſiſſe gulæ par eſt, modo crapula regnet,
Quid genium fraudas Euclio parce tuum?
Nos imitare duces, & fortis habebere lurco,
Nomen id in precio non ſolet eſſe leui.
Sic quicunque tua ex naſcentur ſtirpe nepotes,
Haud dicent proauos eſurijſſe ſuos.
Et merito: quid enim ſupereſt niſi ſola uoluptas,
Qua ſine nil quicquam dulce, ſuaue nihil.

## CXXXV.
### EPICVRAEORVM VOCES.

Vita breuis noſtra eſt, multique referta laboris,
It cito, & heic modicum temporis illa uidet.
Cum ſemel occidimus, reliquum poſt funera lucis
Eſt nihil, intereunt corpora mensque ſimul.
Nemo hominum uixit, peragrato Acharonte reuerſus
Qui ſit, ibique animas dixerit eſſe ſuper.
Vanus is eſt rumor: Nam ſolem ut dante uidemus
Nullo, ita obit rurſus lumina clauſa ſopor.
Aeui finito ſpatio conſumimur, & ceu
Nunquam hæc luſtraſſet climata, quiſque cadit.
Ne ſperes, moneo, reducem fore teque, tuosque,
Iam dudum cautum eſt ne remeare queas.

## CXXXVI.
### DEVS OMNIA VIDET.

Aetherea cœli qui contemplatur ab arce,
Terrigenum quicquid compoſuere manus.

Idem etiam omnipotens mortalia ſenſa prehendit,
Ne ſine teſte aliquid conſtituiſse queant.
Interiora patent ipſi penetralia renum,
Clanculaq; obſcuro uerba peracta loco.
Omniparentis enim ſpacioſa uolumina terræ
Luſtrat, & hoc tantum numine replet opus.
Flamen magne tuum Deus, arbiter eloquiorum,
Cuius ab intutu nemo latere poteſt.

# CXXXVII.

## EX PARVIS PRINCIPIIS magna ſequuntur facta.

Sed non continuo moliri ingentia quimus,
Caulibus ut neq; mox floret amicta ſeges.
Spiſsile in exili ſata primum enata cacumen
Gramine, donec eat frigida bruma, gerunt.
O quoties auidos nimium ſpes alta colonos
Fruſtrata ante diem, poſtmodo uerſa fuit?
Ex herbis culmi, ex culmis generantur ariſtæ,
Atq; humile inceptum grande imitatur opus.
Ipſe boum iuga qui docuit Maro nectere, parua
De culice, Aenææ uenit ad arma ducis.
Quid pelignorum mihi commemorandus alumnus?
Cuius ad huc uolucer munere uiuit amor.
Viuit amor, poſt & primordia tenuia magni,
Sunt conſpecta, magis flumina magna uiri.
Nemo adeo dextre callet non ſegniter artes,
Principij fœtus quin ferat exiguos.
Nemo adeo doctus, cuius non lingua palato,
Sub primo fandi tempore, conſileat.

PAV.

## CXXXVIII.

### PAVPERTATIS VARIA incommoda.

Nulla magis peſtis mortalibus officit, atq;
Sordida paupertas mille referta malis.
Nil adeo in terris homines, uirtute fugata,
Inficit, indignis commaculatq; notis.
Quam maleſuada nimis penuria, ſortis iniquæ
Mater, & illiciti fomes, & anſa, lucri.
Efficit hæc docilis generoſa ut corda iuuentæ
Non bene torpeſcant, intereantq; ſitu.
Hæc animi dotes lucem uidiſse diei
Non ſinit, ingenij diſsimulatq; decus.
Proh quanta hæc peperit mala? quanta incõmoda ſecum
Attulit? exitij ſemina quanta dedit?

## CXXXIX.

### ANIMI SOLLICITVDINEM uultus oſtendit.

Integra ſollicito quis poſset gaudia uultu
Promere? lætitiam quis ſimulare queat?
Neſcia frons rugæ demonſtrat corda ſerena,
Pectoris ob morbos os, facieſq; dolent.

## CXL.

### FOELICITAS MVNERIS Eccleſiaſtici.

Fœlix ætherei cui ſunt conceſsa tonantis
Dona, tuum paſcat queis pie Chriſte gregem,

Fœlix, hæc nunquam tumidis quem gratia criſtis
Inflat, ne demens in ſcelus omne ruat.
Illius eſt fauſta comitata uocatio ſorte,
Illius haud fragili uoluitur axe rota.
Hunc Deus omnipotens defendit, curat, amatq́;
Huic donat nitidi cœlica regna poli.

## CXLI.

### FAMES PESSIMVM. tormentum.

Chaonis accipitri nunquam fit præda uolucris,
In nido fuerit quæ remorata ſuo.
Si quoq; ubi ſtabulant latitarent uſq; capellæ,
Haud auidi explerent uiſcera ſæua lupi.
At maleſuada fames ad paſcua trudit utraſq;,
Nec ſinit optata proſperitate frui.

## CXLII.

### NVLLVM EST IAM DICTVM, quod non ſit dictum prius.

Plus aliena iuuant condentem carmina uerſus,
Et ligat alterius uerba ſoluta ſtylo.
Qui canit hiſtorias, annalibus omnia priſcis
Eruit, ut ueniat plenior inde fides.
Deniq; doctorum nemo eſt (fuerit modo ſanus)
Cui non ſcribendi forma uetuſta placet.
Me quoq; in hoc tenui (uoluit ſic Muſa) libello
Sæpe peregrino ludere more uides.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0100-0

So gſchickt auff erd noch keiner was/
Der als auſs ſeinem kopff ermaſs/
Der alten ſchrifft/ lehr vnd gebot
Steths liſet / nachfolgt/frü/ vnd ſpot/
Wer knaben vnter weiſt mit frucht/
Welchs ich in dieſem Buch geſucht/
Hab offt gebraucht viel frembder lehr/
Vmb keiner andern vrſach mehr/
Dann das die Jugent ſolches recht
Verſtünd/ vnd nützlich auſslecht.

Ende dieſes Büchleins.

# PAVCVLA ERRATA.

In loco nono ſchier lege ſchr. In loco 16. contermina lege contraria. In fine 31. loci deſideratur hoc diſtichon.

Tu quoq́; quò uites contagia fœda, bonorum
Poſthabitis prauis uitere amicitia.

In loco 53. Cedipodianias l. œdipodianias. In loco 58. pormi, dabilis l. lachrymabilis. In loco 62. nota l. uota. In loco 72. preſtant lege perſtant. In loco 82. conſpicuusq́; lege conſpiciesq́;. In loco 85. Agame in nominis lege Agamemnonius. In loco 86. Hoſtilis lege Hoſtiles. In eodem loquanci lege loquaci. In l. 89. Heu leg. heic. In loco 94. fuelheit l. faulheit. In loco 95. Ia bleiben auch adde wol. In l. 104. nicaßum leg. incaßum in eodem labores l. laboras. In eodem alſo lege altzu. In l. 105. ſtipule l. ſtipulæ. In loco 112. Pſalma lege plaſma. In l. 116. pulchre lege pulchræ. In l. 118. At cohibere manus, adde ſatius.

Gedruckt zu Wulffenbüttel
durch Conradt Horne.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0103-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0104-3

Jh 5013 k

ULB Halle 3
004 805 038

TA-70L

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0105-9

[illegible]

rum· et infirmare sunt contra eos lingue eorum. C[illegible]

sunt oms qui videbant eos· et timuit omnis homo· Et a

nunciaverunt opa dei· et facta eius intellexerunt· L[illegible]

iustus in dno et sperabit in eo· et laudabuntur omnes recti [illegible]

℣ A timore inimici eripe animam meam. Ps david.

Te decet hymnus ds in syon· et tibi reddetur votum in ihe[illegible]

Exaudi orationem meam· ad te omnis caro veniet. Verba

iniquorum prevaluerunt sup nos· et impietatibus nris tu propicia

beris· Beatus quem elegisti et assumpsisti· inhabitabit in

[illegible] Replebimur in bonis domus tue· sanctum est temp[illegible]

[illegible] mirabile in equitate Exaudi nos ds salutaris nr· sp[illegible]

[illegible] finium terre et in mari longe. Preparans monte[illegible]

[illegible] tua accinctus potentia· qui conturbas profundu[illegible]

maris· sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes et timebunt

qui habitant terminos a signis tuis· exitus matutini et

vespe delectabis· Visitasti terram et inebriasti eam· multipl[illegible]

[illegible] locupletare Flumen dei repletum est aqs· parasti ci[illegible]

[illegible] quoniam ita est preparatio eius· Rivos eius inebrians mu[illegible]

tiplica· genimina eius in stillicidiis eius letabitur germina[illegible]

Benedices corone anni benignitatis tue et campi tui replebuntur

[illegible] P[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0106-4

4.
Da 436 8°

# NDREÆ
CHII SPANDOVIEN-
LOCORVM COM-
unium liber Primus.

ITA EST SINGVLO-
e Germanica per rythmos
explicatio.

O M. D. LX.
NSE IANVARIO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-491593-p0107-0